CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

CONTINUATA.

GEORGIUS CEDRENUS.

TOMUS PRIOR.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXVIII.

GEORGIUS CEDRENUS

IOANNIS SCYLITZAE OPE

AB

IMMANUELE BEKKERO

SUPPLETUS ET EMENDATUS.

TOMUS PRIOR.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXVIII.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

IULIO MAZARINO,

S. R. E. CARDINALI.

Scite Graecus auctor ait, Eminentissime Cardinalis, deorum templis donaria dicanda esse, viris autem illustribus ingenii monumenta nuncupanda. quemadmodum enim muneribus hisce religionem nostram erga deum, ita et hoc animorum foetu cultum ac observantiam nostram erga viros summae dignitatis vel doctrinae praecipuae testamur. inter deum autem et homines longe interest, quod deus, velut omnium conditor et dominus, rebus quarum precarii possessores sumus non egeat, illustrium autem virorum gesta penitus intercidant, nisi sit qui ea literis mandet et posteris tradat. sed et quemadmodum humili cuique ad deorum templa accedere et ibi vota sua nuncupare fas est, ita nec illustres animas ea quae tenuiores homines eis dicant aspernari videmus. altae scilicet mentis homines securi sunt magnitudinis suae, adeo ut deum referre quodam genere videantur. haec cum ipse mecum reputarem, ausus sum, Eminentissime Cardinalis, religiose Te adire et librum opera mea perpolitum licentiore forte hac epistola Tibi inscribere, quo devotionem erga Te meam publice testarer, scirentque omnes ad venerationem Tui etiam eos

qui longinque agunt libros Tibi dedicare, ut ex sacro et immortali nomine Tuo famam et gloriam sibi quaerant ac immortalitate donentur. hoc tamen vereor, ne Te in excelso humanarum rerum fastigio positum et nunquam vacuum ego unus e turba audacius incondito ac rudi sermone interpellem, Teque morer, cuius amplissimis cogitationibus ac consiliis imperium Gallicum gubernatur, cum potius occupationibus Tuis bono publico parcendum esset. sed magnae quoque animae literaria haec avocamenta non recusant. heic autem admirari subit quam sagaci consilio optimus maximusque princeps, cum excederet vel potius interciperetur et in caelum rediret, Tibi, Cardinalis Eminentissime, pene dixerim, cuncta regendi onus imposuerit, cum iuvenilis successoris animus nondum par esset imperio. sic Atlas cum caeli oneri se subduceret, Herculem submisisse fertur velut tantae molis capacem: at qualem virum? maiorem humana natura, deo proximum, denique Iovis, non Amphitryonis filium. certe non alius quam natus deo caelum deorum sedem ferre poterat, sicut nec alius quam divinae mentis homo onus imperii Gallici sustinere. Tu, inquam, Eminentissime Cardinalis, vocatu regis prudentissimi ad regni arcana tractanda non sine numine admissus es; id quod ex rebus ipsis feliciter et ex voto fluentibus notius est quam ut quisquam praeter malignos infitietur. quando enim terrarum ille praedo, quando orbis universi candidatus certius intellexit se rerum solum potiri non posse, seque aliena regna irrita spe invadere? quando feliciter secum actum putavit si fines suos non propagaret sed tueretur, nisi ex quo principem nostrum invictissimum anima reliquit? quid singula commemorem? prostrato primum stupenda felicitate exercitu validissimo, tum munitissimis oppidis qua locorum natura qua milite non ignavo, cum interim inclinatas acies et labantes, tum milites suos velut attonitos et pavore defixos cerneret, intremuit Flandria. animos sumpserant Gallici hostes nominis, quoniam in contrarium cecidisse videbantur Gallorum impetus semper hostibus metuendi, quod scilicet externa vis contra fas piumque eis adfuisset velut deus e machina, quodque eos obsidio liberatos viderent qui iam ingloriam deditionem parabant: sed statim Galli ingenii ad pugnam avidi vicinas urbes animosius aggressi sunt; quibus captis extimuit Italia non secus ac quondam populus gentium victor Gallis instantibus saepius expavit. in Hispania bello quidem ancipiti pugnatum est: sed ducis fortissimi nomen Hispano militi vincendo iamdiu fatale est.

Germania bello diuturno vexata, agrorum populationibus, urbium vastationibus concussa, imperatorem miseris dudum imperare coepisse non diffitetur. haec latius exsequentur horum temporum diserti. ego stylo remissiore attigi tantum, et quod longum esset ea prosequi, et quod verebar ne fastidium nasceretur ex plurimis. caelum igitur ambitione affectent exteri (quanquam *expilationibus* caelum non petitur, sed religione et pietate, quae reges Christianissimos astris inserunt), aliena regna avido animo pervadant: quamdiu stabit Gallia validissima terrarum pars (quam pereundi legibus aliis quam quae orbi terrarum impositae sunt, fatorum vis aeterna vel potius deus fatorum arbiter et dispensator exemit) coepta eis nunquam ex voto succedent. cum autem serenissimus princeps noster spes totius generis humani adolescit, cum animi eius vis augescit, Tibi, Cardinalis Eminentissime, summa rerum permissa est, cuius fides in rebus difficillimis spectata, cuius devotio erga principem omne vincent exemplum. nemo in posterum Te rerum moderatore tam securus potentiae erit ut Gallos pene inter ferrum et arma natos provocare vel offendere audeat, quos intelliget nullius armis esse superabiles. nemo Galliae socios aut foederatos lacesset; nemo amicos laedet, qui hoc Galliae debent, ut qui summa cum iniuria et bonorum omnium indignatione fortunis suis exuti velut nudi exsulabant, plenissime restituti sint: tanta est cum sacri nominis Tui veneratio, tum imperii Gallici felicitas semper invicta. verum quo impellor ego fandi impotens? non enim multum interesse puto sive quis famam alicuius laedat, sive infra dignitatem eum laudet. non possum tamen heic citra crimen ingrati praeterire quod omnium commendatione dignissimum est: bibliothecam scilicet multis librorum milibus constantem instituisti, quam eruditis omnibus patere vis. in qua quidquid Gallia bonarum artium feracissima, quidquid Italia vel Germania eruditum protulit, invenire in facili est. omitto praeclara illa marmora, principum et virorum qui literis claruerunt statuas, quas cum videas et ingenii monumenta legas, putes non muta marmora sed animata, et eorum non interiisse corpora, sed cum animorum foetu de perennitate certare. quo quidem egregio facto literatiores quosque Tibi obnoxios fecisti, et non minus in ore hominum agis quam propter alias acerrimae mentis dotes; ex quibus boni omnes intelligunt tanto Te caeteris mortalibus superiorem esse, quanto fortuna Tua excelsior et praestantior est.

vive igitur, Eminentissime Cardinalis, Galliae felicitati, quae Te sospite culmen apiscetur et diurnabit. vive rei Gallicae rector et propagator; cuius vigilantiae hoc debetur, ut Galli pacem aequissimis conditionibus sperare debeant, aut exteri bellum internecinum timere. vive diu Galliae felix tutela salusque.

Eminentiae Tuae

devotissimus

CAROLUS ANNIBAL FABROTUS.

LECTORI.

De scriptoribus historiae Byzantinae publicandis spem fecimus edito Ioanne Cantacuzeno. ecce fidem praestamus felicioribus auspiciis annixi, iussu nempe illustrissimi Franciae cancellarii Petri Seguierii, qui ut opus hoc egregium ederetur suae curae fecit. quid autem huic Cedreni editioni accesserit, lector, monendus es. plures eaeque ingentes lacunae erant in editione priore, quae Cedrenum deformabant. aliae minores plures paginas occupaverant. eas omnes ex aliis scriptoribus calamo exaratis supplevimus, multa correximus ex Ioanne Scylitze Curopalate, qui Cedrenum αὐτολεξεὶ descripserat, unde mirari subit quanta securitate saeculi sui Curopalates alienum opus sibi vindicarit. itaque si quis Curopalatem desideret, sciat eum Cedreni simiam esse: nam totidem verbis Curopalates constat. qui tamen non per omnia nobis inutilis fuit, sed supplendo, ut dixi, et emendando Cedreno multum profuit. *) quoniam autem toto pene Cedreno exscripto Curopalates excipit ubi Cedrenus desinit, ideo non ingratum fore duxi si cum Cedreno ederetur. Ioannes Baptista Gabius interpres eius multis in locis ab auctoris sententia aberraverat. ei quantum fieri potuit consultum est interpolata eius versione. Xylandri quoque versionem interdum emendavimus; nec tamen veterem loco suo deturbavimus, sed nostram ad oram libri reiecimus. praeterea fatetur interpres ingenue se in quibusdam haerere. nos sine ulla insectatione sententiam nostram proposuimus, et notas quasdam

*) idem quo nostrae editioni plus etiam prodesset, codicem omnium praestantissimum, Coislinianum, ad alteram certe partem et historicam magis aetatem accurate collatum a Wladimiro Bruneto impetravimus. *I. B.*

addidimus ei firmandae. denique Glossarium adiecimus, quo voces mixobarbarae, quibus Cedrenus utitur, explicantur, dignitates ecclesiasticae palatinae et militares exponuntur. quo in concinnando usus non sum opera Meursii, quem plerique alii qui rapto vivunt solent exscribere, sed vel auctores nondum editos vel alios omnino auctores ad testimonium cito.*) accedunt etiam R. P. Iacobi Goar variae in Cedrenum animadversiones eruditissimae, quae non modicam Cedreno lucem adferent. postremo numerosa operarum menda sustulimus, quo tam auctior editio quam emendatior opera nostra prodiret. Cedreno igitur fruere, quem antea, pene dixerim, auro contra veniisse non ignoras. Cedrenum sequetur Theophanes multorum votis expetitus, quem ex regis Christianissimi bibliotheca in lucem edemus, una cum Anastasii Bibliothecarii historia Ecclesiastica hactenus inedita, quae beneficio Cardinalis Eminentissimi Francisci Barberini ad nos pervenit. sequentur et alii ex variis bibliothecis eruti, quos non interire quantum reipublicae literariae intersit hi tantum intelligunt qui literas tractant vel fovent. vale.

*) Non possumus citra crimen ingrati praeterire auctores graecobarbaros, quibus usi sumus in hoc glossario, nobis utendos datos ex bibliotheca viri clarissimi et eruditissimi Iacobi Mentelli medici Parisiensis. *Fabretus in calce Nicetae.*

GUILIELMI XYLANDRI
AUGUSTANI
IN GEORGII CEDRENI ANNALES SUOS
PRAEFATIO
AD MAGNIFICOS ET GENEROSOS DOMINOS
D. MARCUM ET D. IOANNEM FUGGEROS, ANTONII FF.
FRATRES GERMANOS, KIRCHBERGI ET WEISSENHORNI DOMINOS ETC.,
OPTIMARUM LITERARUM ALUMNOS GRATISSIMOS.

Georgii Cedreni Annales, qui auspiciis ac impensis vestris, Viri amplissimi, a me non sine magnis aerumnis in Latinam linguam conversi in publicum hodie exeunt, pro more dedicaturus diu multumque cogitavi quanam de re potissimum apud vos dissererem. sive enim historiae utilitates explicandae essent, quo hic liber prodiret commendatior atque gratior, iampridem id propositum ita copiose ornateque noram a summis viris tractatum, ut citra arrogantiae crimen non possem conari ista vel amplificare vel etiam inculcare. sive in vestris laudibus praedicandis occupanda oratio, ad quas profecto illustrandas augendasque haec Cedreni versio editioque conducere debet, quid iis ornamenti poterat mea conferre infantia? aut quotusquisque, ut nunc sunt mores hominum, non potius assentando me munus captare quam grati animi significationem raris virtutum exemplis demonstrandis commendandisque edere erat iudicaturus? itaque horum ego utrumque prudens sciensque omisi, praesertim cum re-

cordarer de priore alibi me nonnihil etiam dixisse. sed et alienum aliquid personis vestris aut praesente instituto, qualia ad animum accidebant multa atque varia, in medium afferre intempestivum videbatur atque insolens: neque enim laudari sentiebam eum qui delphinum silvis appinxit, fluctibus aprum. itaque in praesentia satis habui pauca de ipso hoc historico opere et mea quam vobis ac reipublicae in eo conficiendo navavi opera dicere; itaque lectore non inutiliter, ut quidem ego puto, de quibusdam praemonito, dedicationis munere defungi.

Iam primum, quis fuerit Cedrenus, certo deprehendere nullo indicio potui, cum de se ipso nihil, hoc quidem in opere, memoriae prodiderit, neque ab aliis sit, quod ego sciam, laudatus aut nominatus scriptoribus. eo tamen inclinat animus ut sacerdotem fuisse suspicer aut etiam monachum; tametsi videtur hoc non fuisse dissimulaturus. meae coniecturae ansam praebent cum genus dicendi quo est usus, tum quas de religione et caeremoniis habet disputationes. de quibus non impedio quin quisque suo captu et sensu iudicet: quid ego iudicem, satis credo esse bonis notum; neque est cur mutem sententiam ulla idonea causa. quando vixerit, nihilo magis constat quam qua conditione vixerit; nisi quod probabile est rerum potito Isacio Comneno (qui iniit imperium eodem fere quo Heinricus IV anno, qui fuit a nato Christo 59 supra millesimum) eum scripsisse suos Annales: hi enim in istum desinunt. is qui codicem vestrum scripsit librarius, Isacii Angeli aliquoties mentionem fecit in margine. fuit hic Isacius Friderici Ahenobarbi imperatoris Germani aequalis, et occepit Cpolitanum regnum circa annum 1185, ut centum fere annis codex iste auctore suo recentior fuisse videatur. non dissimulavit librarius aliquoties se in exemplari, quod descripsit, aliquot paginarum defectum sensisse. sed utrum reliqua omnia ita fuerint ab auctore composita quomodo ad nos scribae istius opera pervenerunt, dubitari haud iniuria potest: non enim mendosa modo quaedam, sed plura etiam his mutilata vel comperi vel suspicatus sum, quod aliquoties in annotationibus ostendi. porro autem facile crediderim lectores in bonis scriptoribus versatos et iudicio aliquantum quam vulgus acriori praeditos, ubi lectionem huius operis instituerint, molestiae principio aliquid aut etiam nauseae contracturos. pollicitus enim auctor ab initio mundi usque ad sua tempora historias se compendio recitaturum, ubi ad rem ventum est, neque optimo

ordine ea proponit quae in sacris literis et Flavii Iosephi antiquitatis Iudaicae descriptione atque alibi copiose describuntur; et inserit multa nescio quam relatu aut creditu digna; et interpolatis narrationibus saepe, saepe mutilatis, aliquando idem non sine taedio et odio inculcat. in summis mundi imperiis et eorum successione ac mutationibus exponendis ieiunus plane est. res Romanas ita attingit ut videatur earum fuisse admodum ignarus. et in ipsis imperatoribus ordine recensendis eorumque in summa exponendis rebus gestis fere ad Constantinum usque Magnum nihil praeclari aut etiam operae pretii est consecutus, ut subverear ne quis ista legens exclamet "quid tanto dignum dedit hic promissor hiatu?" digressiones quoque in disputationes de vita monastica, contra Iudaeos, et alia id genus, talia sunt quae Annalibus parum omnino conveniant et non possint a quovis ventriculo concoqui. quae ego a me dicta ita velim accipi ut ab eo qui non vituperet sed excuset Cedrenum, scriptorem qualem ea tempora et fortassis etiam vitae institutum tulit, ut uno verbo dicam, interdum εὐήθη. certe si quid ab eo peccatum est, non magno rerum dispendio peccatum est, cum abunde librorum sit ex quibus historiarum ab ipso praeteritarum aut minus commode tractatarum cognitio repeti possit. hoc autem vere possum affirmare, plurima esse in Cedreni hoc opere, quae cum alibi non inveniantur, maximam ei apud omnes veritatis et historiae amatores conciliare possint debeantque gratiam. in Iustiniano praesertim magno, in Heraclio et aliis deinceps Cpolitanis imperatoribus multo est quam ipse Zonaras fuerit diligentius ac copiosius versatus describendis, annis etiam singulis res gestas dividens. nam quae ante novae Romae ortum habet, ea videtur utcumque ex variis libris non magna cura ac iudicio perexiguo consarcinasse: in Cpolis autem rebus et exercitatior fuit, ut apparet, et maiore est usus industria; et si quid ego iudico, hoc illi ἔργον fuit, cetera πάρεργα. qui eum cum Zonara conferent, iis deprehendere erit proclive vere me ista dicere. nam omisit Zonaras multa quae noster habet, scitu perquam digna, et quibus omissis historiam mutilari obscurarique fuit necesse. multa ille breviter admodum indicavit, quae sunt a nostro circumstantiis omnibus explicatis illustrata. neque ego primus hoc deprehendi: sed Wolfius noster, quem honoris causa nomino, vir harum rerum (quod, quibus ignotus ipse est, lucubrationes eius evidentissime demonstrant) longe peritissimus, aliquanto ante codici vestro schedam

praefixerat qua argumentum eius in haec verba exprimitur "tractat idem argumentum quod Zonaras, sed multa habet a Zonara de industria praetermissa; brevitatis, ut opinor, studio, sed certe non praetermittenda. quodsi mihi optio data fuisset ab initio, hunc Zonarae praetulissem. nunc cum Zonaras denuo edendus erit, consultum fore videbitur ut hoc totum opus pellegatur, et quidquid memorabile visum fuerit, Zonarae suis locis certa nota apposita inserendum." haec Wolfius; qui haud dubie, cum hoc ferret de Cedreno iudicium, ad ea respexit praecipue quae aliundo quam ex eo aut Zonara repeti commode non possunt. nam duo priores Zonarae tomi longe alioqui sunt meliores ac laude digniores quam ea quae ad Constantinum usque Magnum noster collegit. et tamen in hisce ipsis sunt nonnulla quae cognitu digna atque utilia tamen neque apud Zonaram occurrant neque alibi sint adeo obvia. enimvero id affirmare ausim, ex hoc nostro scriptore ab homine industrio multa posse desumi quibus Zonarae Procopii Diaconi aliorumque id genus scriptorum, recentiorum quoque, ut Cuspiniani Egnatii Panvinii, imperatores et historiae partim corrigi partim illustrari ac poliri possint. quae utilitas vel sola eius editionem apprime apud aequos lectores gratiosam facere debet. neque nunc proponam exempla: tametsi enim rei gustum aliquem annotationes nostrae praebebunt, tamen malo haec solerti lectori observanda relinquere quam iis commemorandis me iactare. addatur et hoc: cum eorum quae sunt circa Byzantium et in ipsa urbe locorum, tum aliarum multarum urbium fluminum montiumque notitiam permultis huius scriptoris locis posse explicari atque illustrari; ut magno rerum geographicarum incremento et antiquitatis recolendae adiumento diligentibus sit futurus.

Verum de Cedreno satis, aut fortasse nimium: legatur, ipsus se probabit, et ostendet vendibili vino non opus esse hedera. venio nunc ad meam operam, non profecto ut eam vel iactem vel etiam ἀκκισμῷ extenuem, quorum neutrum ego ingenui hominis arbitror; neque etiam ut qui vestris et aliorum bonorum (ceteros enim nihil moror) iudiciis diffidam, ideoque causam mihi dicendam putaverim: sed quod, cum ipse in hoc opere falsus alicubi sim, nolim alios quoque errare. primo omnium ne conatus quidem sum id consequi, ut Zonarae Nicetae ac Gregorae facundiam Latinam parem Cedreno conciliarem. nam probe mihi meae conscius tenuitatis, nemine etiam monente habebam exploratum me moliri hoc non debere quod ele-

gans pastor merito odisse ait, ἶσον ὄρευς κορυφᾷ τελέσαι δόμον ὠρομέδοντος. et quidem Graecae linguae usu Cedrenum iis quos nominavi multo inferiorem esse, multoque minus in suo fero disertum, non difficulter iudicabunt lectores; quo minus habet etiam quod conqueratur, si Latine purius ii nitidiusque ipso loquuntur. ac nescio quomodo mihi accidit ut interdum invitus, magis tamen solito, balbutirem ipse etiam, dum praeeuntis verba subsequor et exprimere conor. sed hoc quidquid est mali, aequanimitas lectorum vel dissimulabit vel corriget.

Postquam vos, Maecenatis nomine dignissimi heroes, ultro pro vestra benignitate de me honeste sentientes, impulsore maxime D. Ludovico Carino, sene longe doctissimo veroque officiosae in cultores bonarum artium humanitatis exemplo, vobisque non absque gravissimis causis et meritis carissimo et acceptissimo, de me autem iamdiu ita merito ut gratiarum actionem (quas enim possim pro tot beneficiis hac mea conditione referre?) hic locus dignam non capiat, memoriam autem ab eo in me profectarum commoditatum me vivo nihil sit obliteraturum; suadentibus idem cum aliis primariis viris tum ipso etiam Wolfio, qui (nihil iam de ipsius laudibus dicam, cum praedicationem meam excedant, neque hoc sibi reponi muneris pro suis meritis ipse cupiat) abundantia quadam amoris semper me prosecutus quasi lampadem hanc in decursione vertendae Graecae historiae recte se traditurum mihi existimavit; postquam ergo Cedreni convertendi provinciam mihi credidistis (id quod mihi fuit, ut debuit, gratissimum), equidem in hoc incubui ut exspectationi vestrae meisque promissis mature et fideliter satisfacerem. omnia expeditu facilia forè animo praeceperam, fortasse non nimis arroganter, ut qui non nunc primum hoc genus rei tractandum susciperem. sed in progressu tamen id expertus sum quod Alcaeus olim eleganter cecinit:

delata in altam cum semel est mare,
quocunque tempestas vocabit,
ut tibi navis eat necesse est.

multa spem meam fefellerunt. incidi in loca vel obscura vel mutila saepe; ubi cum nonnisi unus codex mihi esset aut alibi eadem aut similia perscripta in promptu non haberem, oportuit me haerere. coniecturas scio aliquid posse, sed eae neque satis tutae aliquando sunt, et non raro quod coniicerem aut quo

me referrem non succurrebat. ne tamen vel auctori vel lectori mea ignoratio fraudi esset, ubi visum est rem habere aliquid momenti, annotationibus meis pro virili rem exposui aut saltem aliis enodandam proposui. maxime barbarica me vexaverunt vocabula, quorum magnam copiam lector inveniet, partim hybridarum ac μιξοβαρβάρων aut (si ita velit aliquis) μιξελλήνων, partim prorsus et apud Latinos et apud Graecos peregrinorum. quorum alia rerum sunt, ut scaramangium, tuldum, camparia, barducium, laesa, et alia plura; alia officiorum appellationes, ut barangi, protovestiarius, logotheta dromi, caniclium, protospatharius, drungarius, ameras. reperiet etiam multa Latina Graeco habitu velata, κινστέρναν, σκάμνον, λεγάτα, silentium, asecretia, scalam, κοῦρσον, sexcenta alia. in quibus animadvertendis et vertendis quam fuerim felix, nescio: fui certe moleste occupatus. quod ad annotationes meas attinet, poteram eas extendere et amplificare indicatione et comparatione eorum quae apud alios scriptores iisdem de rebus habentur; quod ignavo fortassis aut librorum copia destituto lectori fuisset non ingratum. verum ego brevitati studui; et cum postremo eas relegerem, permulta amputavi quae alio loco commodius me persecuturum videbam, cum hic vel brevius quam ut satis intelligerentur indicare ea oporteret, vel commentando extra fines annotandi progredi. has autem ipsas annotationes lectori magnum momentum allaturas ad intelligendum Cedrenum, aut saltem quaedam diligentius scrutandum, confido. mihi quidem incredibili labore constiterunt. ponetur in lucro a gratis, si ad alios quoque intelligendos scriptores inde aliquid poterunt petere adiumenti; quod ego spero fore. numeri eorum numeris margini Cedreniano appositis respondent; nisi quod saepe plura unico sumus complexi loca. ad finem tabulas chronologicas *) adieci, iampridem eas a me compositas, et cum ad alia tum ad συγχρονισμοὺς prompte inveniendos ac intervalla temporum supputanda utiles. in his fere sum Funckium secutus, quanquam ipse quoque de quibusdam quod moneam et disputem videor mihi habere; quod ipsum quale sit, alio loco, si deus volet, proferetur. Graecus codex editur diligentissime et summa

*) haec chronologia quia virorum doctorum indicio non satis accurata est, in hac editione praetermissa est. FABR.

fide ac labore non exiguo descriptus, collatusque cum vestro exemplo. ex eo poterit emendatio eorum sumi in quibus est a me peccatum. ut enim nusquam me hallucinatum profitear, non facile mihi quisquam persuaserit. confido tamen aequos peritosque rerum et aerumnarum quae in huiusmodi operibus sunt exanclandae lectores non ita multa desideraturos, ut non sint mihi pro laboribus hisce gratiam habituri. Vobis autem, Viri amplissimi, vobis acceptum ferre debent, quam hoc opere legendo utilitatem delectationemque capient: vobis, inquam, non mihi. tametsi enim studio rei publicae literariae iuvandae atque locupletandae tenear vel maximo, paucisque (quod velim nemo dictum arrogantius putet) voluntate bene merendi de patria cedo, aut fortasse nemini, tamen ea est rerum mearum tenuitas, ut nisi aliis locata mea opera, qui fortunarum mearum habeant ac laborum et suae liberalitatis rationem, scribendi facultatem habeam nullam. et quamvis multo est quam imperiti credere possint aerumnosius, ista, qualia nos fere edidimus adhuc, conscribere; ut non domino tantum fundi maximam, sed et colono aliquam gratiam debere videri possint qui frugibus vescuntur; ego interim quod ab aliis exigam non habeo, cui dubium non sit quin meos in hoc opere labores pro vestra liberalitate atque munificentia ita sitis compensaturi, ut insigni vobis obstrictus beneficio perpetuas sim debiturus atque habiturus gratias. atque ego sane neque volo neque debeo etiam diffiteri, hanc mihi potissimam fuisse meae vobis operae offerendae atque navandae causam, ut consecuto quod volui, nemo alius porro sit appellandus. at vestrae magnificentiae quis, nisi animi prorsus obnoxii, negaverit plurimum a re publica literaria et omnibus in ea ingenue versantibus deberi? nam me quidem, ne quid dissimulem, paupertas, ut ille ait, impulit audax ut libros facerem. quod ipsum tamen adhuc ita temperavi, et in posterum quoque rebus meis sic poscentibus ita instituam, ut non minora ad bonarum literarum studiosos quam ad me meis e laboribus redeant emolumenta. Vos autem quid, praeter publicae utilitatis rationes et voluntatem de me quoque privatim bene merendi, ad hoc Cedreni dandum munus adduxerit, ne cogitari quidem potest; nisi si quis ita est in Europa hospes et famae ignarus, ut vos et avitae et vestris meritis partae gloriae inopes suspicetur voluisse huius liberalitatis opportu-

nitate nomini vestro laudem decusque conciliare. enimvero quod vestro sumptu in lucem e tenebris eruendis ac publicandis hocque pacto ab interitu vindicandis bonis libris et magnificentiam vestram patriae demonstratis et rem publicam augetis atque exornatis, non id gloriae, qua abundatis, quaerendae studio, sed laudatissimi piae inclytaeque memoriae herois Antonii Fuggeri, patris vestri, legitima quadam et hereditaria successione atque imitatione facitis; neque committendum vobis putatis ut cum aliis in rebus eum patriae repraesentetis, hoc unico in tam laudabili instituto ab eo vos degenerasse opinari quisquam possit. Valete, Viri amplissimi ac veri Maecenates; nosque in vestrorum clientum numerum semel receptos fovete, sedulo curaturos ne quid vobis in nos collatorum beneficiorum pereat. Heidelbergae Nonis Ianuarii, anno a natali Christi 1566.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΕΔΡΗΝΟΥ

ΣΥΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ.

ΣΥΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΑΡΧΟΜΕΝΗ ΑΠΟ ΚΤΙΣΕΩΣ ΚΟΣΜΟΥ

ΚΑΙ ΜΕΧΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΙΣΑΑΚΙΟΥ ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ,

ΣΥΛΛΕΓΕΙΣΑ ΠΑΡΑ ΚΥΡΟΥ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΕΔΡΗΝΟΥ

ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ. *)

Πολλοὶ τῶν πρὸ ἡμῶν φιλοθέων ἀνδρῶν καὶ φιλιστόρων τὴν P 1
ἐπιτομὴν τῆς ἱστορίας ἐπραγματεύσαντο· ὅ τε γὰρ μοναχὸς Γεώργιος καὶ σύγκελλος ἀπὸ καταβολῆς ἀρξάμενος κόσμου εἰς Μαξιμιανὸν καὶ Μαξιμῖνον τοὺς τυράννους κατέληξε, καὶ ὁ ὁμολογη-

*) Cod. Coislin. 136 ap. Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 207—8: Σύνοψις ἱστοριῶν συγγραφεῖσα παρὰ Ἰωάννου κουροπαλάτου καὶ μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλας τοῦ Σκυλίτζη. Τὴν ἐπιτομὴν τῆς ἱστορίας ἄριστα μετὰ τοὺς παλαιοὺς ἐπραγματεύσαντο πρῶτον μὲν

COMPENDIUM HISTORIARUM,

A MUNDO CONDITO USQUE AD ISAACIUM COMNENUM IMPERATOREM

A DN. GEORGIO CEDRENO EX DIVERSIS LIBRIS COLLECTUM,

GUILIELMO XYLANDRO AUGUSTANO INTERPRETE.

Multi ante nos religiosi atque cognitionis rerum gestarum studiosi viri in compendium historias contrahere aggressi sunt. nam et Georgius monachus idemque syncellus, ab initio mundi orsus, usque ad Maximianum et Maximinum tyrannos rem perduxit; et quae is loco desiit,

τῆς Θεοφάνης τὸ ἐκείνου τέλος ἀρχὴν ποιησάμενος οἰκείαν ἄχρι τοῦ τέλους Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικοῦ κατήντησε. μετὰ δὲ τοῦτον καὶ ἄλλοι ἐπεχείρησαν, οἷον ὁ Σικελιώτης καὶ ὁ ὑπέρτιμος Ψελλὸς καὶ ἕτεροι σὺν τούτοις. ἀλλὰ τῆς ἀκριβείας ἀποπεπτώκασιν, ἀπαρίθμησιν μόνην ποιησάμενοι τῶν βασιλέων καὶ διδάξαντες τίς μετὰ τίνα γέγονεν ἐγκρατής, καὶ πλέον οὐδέν. ὁ γὰρ
P 2 Δαφνοπάτης Θεόδωρος, Νικήτας ὁ Παφλαγών, καὶ οἱ λοιποὶ Βυζάντιοι, Νικηφόρος τε διάκονος ὁ Φρύξ, Λέων ὁ Καρίας, Θεόδωρος ὁ Σίδης, καὶ ὁ τούτου ὁμώνυμος Σεβαστείας, καὶ ὁ Κυζίκου Δημήτριος, καὶ ὁ μοναχὸς Ἰωάννης, οἰκείαν ἕκαστος

ὁ μοναχὸς Γεώργιος καὶ σύγκελλος χρηματίσας Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου, μετ' ἐκεῖνον δὲ ὁ ὁμολογητὴς Θεοφάνης καὶ τοῦ Ἀγροῦ ἡγούμενος, ἐπιστατικώτερον τὰς ἱστορικὰς ἐπιδραμόντες βίβλους καὶ συνοψίσαντες λόγῳ μὲν ἀφελεῖ καὶ ἀπεριέργῳ, μόνον οὐχὶ δὲ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἐφαπτομένῳ τῶν πεπραγμένων. ἀλλ' ὁ μὲν Γεώργιος ἀπὸ καταβολῆς ἀρξάμενος κόσμου ἐς τοὺς τυράννους κατέληξε, Μαξιμιανόν φημι καὶ τὸν τούτου υἱὸν Μαξιμῖνον (Μαξέντιον Montfaucon.)· ὁ δὲ Θεοφάνης τὸ ἐκείνου τέλος οἰκείαν ἀρχὴν ποιησάμενος καὶ τὴν ἐπίλοιπον συντεμὼν χρονογραφίαν καὶ εἰς τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικῶν καταντήσας ἔστη τοῦ δρόμου. μετὰ δὲ τοῦτον οὐδεὶς ἄλλος ἐπέδωκεν ἑαυτὸν τῷ τοιούτῳ σπουδάσματι. ἐπεχείρησαν μὲν γάρ τινες, οἷον ὁ Σικελιώτης διδάσκαλος καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ὕπατος τῶν φιλοσόφων καὶ ὑπέρτιμος ὁ Ψελλός, καὶ πρὸς τούτοις ἕτεροι· ἀλλὰ πάρεργον ἀψάμενοι τοῦ ἔργου τῆς τε ἀκριβείας ἐκπεπτώκασι, τὰ πλεῖστα τῶν καιριωτέρων παρέντες, καὶ ἀνόνητοι τοῖς μετ' αὐτοὺς γεγόνασιν, ἀπαρίθμησιν μόνην ποιησάμενοι τῶν βασιλέων καὶ διδάξαντες τίς μετὰ τίνα τῶν σκήπτρων γέγονεν ἐγκρατής, καὶ πλεῖον οὐδέν. ἀλλὰ καὶ ταύτας οὐκ ἐστοχασμένως συγγραψάμενοι ἔβλαψαν τοὺς ἐντυγχάνοντας, οὐκ ὠφέλησαν. ὁ γὰρ Δαφνοπάτης Θεόδωρος, Νικήτας ὁ Παφλαγών, Ἰωσὴφ Γενέσιος καὶ Μανουὴλ οἱ Βυζάντιοι, Νικηφόρος ὁ διάκονος ὁ Φρύξ, ὁ Ἀσινὸς Λέων, Θεόδωρος ὁ τῆς Σίδης γενόμενος πρόεδρος καὶ ὁ τούτου ἀνεψιὸς καὶ ὁμώνυμος ὁ τῆς ἐν Σεβαστείᾳ καθηγησάμενος ἐκκλησίας, καὶ ἐπὶ τούτῳ Δημήτριος ὁ τῆς Κυζίκου καὶ ὁ μοναχὸς Ἰωάννης ὁ Λυδός, οἰκείαν ἕκαστος ὑπόθεσιν προστησάμενος, ὁ μὲν ἔπαινον βασιλέως, ὁ δὲ ψόγον πατριάρχου, ἕτερος δὲ φίλου ἐγκώμιον, καὶ ἐν ἱστορίας σχήματι τὸν ἑαυτοῦ ἕκαστος ἀποπληροῦντες σκοπόν, πόρρω τῆς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν πε-

inde principium sumens Theophanes confessor obitu Nicephori, qui de generali logotheta imperator fuit factus, historiam suam finiit. post hunc etiam alii idem opus in manus sumpserunt, ut Siculus, ut honoratissimus Psellus, ac praeter hos alii. ceterum isti accuratam atque exactam temporum rationem non tenuerunt, neque aliud praestitere quam quod nuda regum enumeratione exposita, quis cui in imperio successisset docuerunt. nam Theodorus Daphnopates, Nicetas Paphlagon ac reliqui Byzantii, tum Nicephorus diaconus Phryx, Leo e Caria, Theodorus Sida oriundus, alterque Theodorus Augustanus, Demetrius item Cyzicenus ac Ioannes monachus, horum quivis peculiari sibi proposito

ὑπόθεσιν προστησάμενοι, ὁ μὲν ἔπαινον φέρε εἰπεῖν βασιλέως, ὁ δὲ ψόγον πατριάρχου, ἅτερος δὲ φίλου ἐγκώμιον, πόῤῥω τῆς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν διανοίας ἀποπεπτώκασι καὶ πρὸς ἀλλήλους διηνέχθησαν. ὁ δὲ πρωτοβεστιάριος Ἰωάννης ὁ Θρᾳκήσιος τὸ ἐπώνυμον, συντομωτέραν ἐνδιδόναι κατάληψιν τῶν ἐν διαφόροις συμβεβηκότων καιροῖς, τὰς τῶν ἄνωθεν λεχθέντων συγγραφέων ἱστο- B ρίας ἀναλεξάμενος καὶ ἐγκατάσκευον ποιησάμενος τὴν γραφὴν ἀπὸ τοῦ τέλους ἤρξατο τοῦ ἀπὸ γενικῶν Νικηφόρου, καὶ τὰ ἐμπαθῶς ἢ καὶ πρὸς χάριν λεχθέντα ἀποδιοπόμπησε, γυμνὴν τὴν ἱστορίαν παραδέδωκεν. ἡμεῖς δὲ τὰς τούτων ἐπελθόντες βίβλους

πτώκασι διανοίας. ἀποτάδην γὰρ τὰ κατὰ τοὺς αὐτῶν χρόνους συνενεχθέντα καὶ μικρὸν ἄνωθεν ἱστορικῶς συγγραψάμενοι, καὶ ὁ μὲν συμπαθῶς ὁ δὲ ἀντιπαθῶς, ὁ δὲ καὶ κατὰ χάριν, ἄλλος δὲ καὶ ὡς προσετέτακτο, τὴν ἑαυτοῦ συνθεὶς ἱστορίαν, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐν τῇ τῶν αὐτῶν ἀφηγήσει διαφερόμενοι, ἰλίγγου καὶ ταραχῆς τοὺς ἀκροατὰς ἐμπεπλήκασιν. ἡμεῖς δὲ τῷ πόνῳ τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν ἐκεῖ ἐντυχόντες, καὶ λυσιτελήσειν οὐ μικρὰ τὴν σύνοψιν τοῖς φιλοϊστοροῦσιν ἐλπίσαντες, καὶ μάλιστα τοῖς τὸ ῥᾷστον τοῦ ἐπιπονωτέρου προτιθεμένοις, συντομωτάτην διδοῦσαν κατάληψιν τῶν ἐν διαφόροις συμβεβηκότων καιροῖς καὶ τοῦ βάρους τῶν ὑπομνημάτων ἐλευθεροῦσαν, τὰς τῶν ἄνωθεν λεχθέντων συγγραφείσας ἐπ' ἀκριβὲς ἱστορίας ἀναμαξάμενοι καὶ τὰ ἐμπαθῶς ἢ καὶ πρὸς χάριν λεχθέντα ἀποδιοπομπήσαντες, καὶ τὰς διαφορὰς καὶ διαφωνίας παρέντες, ἀποξέσαντες δὲ καὶ ὅσα ἐγγὺς ἐρχόμενα εὕρομεν τοῦ μυθώδους, τὰ δὲ εἰκότα καὶ ὁπόσα τοῦ πιθανοῦ μὴ ἀπέπιπτε συλλεξάμενοι, προσθέντες δὲ καὶ ὁπόσα ἀγράφως ἐκ παλαιῶν ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν, καὶ ὑφ' ἓν ἐπιδρομάδην συνθέμενοι, τοῖς μεταγενεστέροις καταλελοίπαμεν τροφὴν ἁπαλὴν καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου ἀληλεσμένην, ἵν' οἱ μὲν τὰς τῶν ῥηθέντων ἱστορικῶν βίβλους ἐπελθόντες ὑπομνήματα ἔχοιεν συνέκδημον φέροντες καὶ ἐπιόντες τοῦτο τὸ βιβλίον (οἶδε γὰρ ἡ ἀνάγνωσις ἀνάμνησιν ἐμποιεῖν, ἡ δὲ ἀνάμνησις τρέφειν καὶ μεγαλύνειν τὴν μνήμην, ὥσπερ τοὐναντίον ἡ ἀμέλεια καὶ ῥαστώνη ἐπιφέρειν ἀμνηστίαν, ᾗ τινὶ πάντως ἕπεται λήθη ἀμαυροῦσα καὶ συγχέουσα τὴν μνήμην τῶν πεπραγμένων), οἱ δὲ μήπω ἐντυχόντες ταῖς ἱστορίαις ὁδηγὸν ἔχοιεν τήνδε τὴν ἐπιτομὴν καὶ ἀναζητοῦντες τὰ πλατικῶς γεγραμμένα ἐντελεστέραν τῶν πεπραγμένων λάβοιεν εἴδησιν. 5 συντομωτέραν ἐπιχειρήσας (an βουληθεὶς?) ἐνδιδόναι? 9 ἀποδιοπομπήσας?

argumento (verbi gratia, laudationem alius regis, alius patriarchae vituperationem, alius amici praedicationem) procul a nominatorum virorum sententia aberrarunt, ipsique inter se dissenserunt. iam Ioannes Protovestiarius cognomento Thracesius, compendiosiorem eorum quae diversis evenerunt temporibus notitiam tradere conatus, supra commemoratorum scriptorum historiis accurate perlectis indeque in suos commentarios quae ad rem facerent collatis, ab exitu Nicephori cuius paulo ante meminimus exorsus est, repudiatisque quae ex animi commotione aut in gratiam alicuius scripta fuerant, nudam historiam tradidit. nos autem evolutis horum libris, indeque iis quae attinebat collectis, adie-

τὰ εἰκότα συνελέξαμεν, προσθέντες καὶ ὅσα ἀγράφως ἐκ παλαιῶν ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν. ἀλλὰ μὴν καὶ ἀπὸ τῆς Λεπτῆς Γενέσεως οὐκ ὀλίγα συλλέξαντες καὶ ἀπὸ ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν καὶ ἀφ' ἑτέρων βιβλίων, καὶ ὑφ' ἓν ἐπιδρομάδην συνθέμενοι, τοῖς μεταγενεστέροις καταλελοίπαμεν τροφὴν ἁπαλὴν καὶ ἀληλεσμένην, ἵν'
C οἱ μὲν τὰς τῶν ῥηθέντων ἱστορικῶν βίβλους ἐπελθόντες ἔχοιεν ὑπομνήματα (οἶδε γὰρ ἡ ἀνάγνωσις ἀνάμνησιν ἐμποιεῖν, ἡ δ' ἀνάμνησις τρέφειν καὶ μεγαλύνειν τὴν μνήμην, ὥσπερ τοὐναντίον ἡ ἀμέλεια καὶ ῥαστώνη ἐπιφέρειν ἀμνηστίαν, ᾗ τινὶ πάντως ἕπεται λήθη, ἀμαυροῦσα καὶ συγχέουσα τὴν μνήμην τῶν πεπραγμένων), οἱ δὲ μήπω ἐντετυχηκότες ταῖς ἱστορίαις ὁδηγὸν ἔχοιεν τήνδε τὴν ἐπιτομήν.

Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. παχυμερῶς εἰπὼν τὰ συνεκτικώτατα τῶν στοιχείων, μετὰ ταῦτα λεπτομερῶς ἐξηγεῖται τὴν ἀρχὴν τῆς κτίσεως, λέγων "καὶ εἶπεν ὁ θεός, γενηθήτω φῶς." ἰστέον οὖν ὅτι πᾶν ὃ ἦν πρὸ τῆς τοῦ κόσμου
D τούτου συστάσεως, ἐν φωτὶ ἦν· οὔτε γὰρ αἱ τῶν ἀγγέλων χορεῖαι ἐν σκότει διῆγον οὔτε πᾶσαι αἱ ἐπουράνιοι στρατιαί, ἀλλ' ἐν τῷ φωτὶ καὶ πάσῃ εὐφροσύνῃ πνευματικῇ τὴν πρέπουσαν αὐταῖς λειτουργίαν ἐκπληροῦσαι. τὸ γὰρ σκότος ἐκ τῆς τοῦ οὐρανοῦ ἐφαπλώσεως καὶ τὰ ὑπὸ τούτου σκεπόμενα γέγονεν. ἐπὶ τούτων τοίνυν εἶπεν ὁ θεὸς γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς· ἐχωρίσθη γὰρ

5 μεταλελοίπαμεν P i. e. editio Parisiensis   21 καὶ] κατὰ? ἐπὶ malebat Xylander

ctis etiam quae, cum non essent scripta, ab antiquis hominibus tradita didiceramus, non pauca etiam ex parva Genesi, ecclesiasticis historiis aliisque libris complexi, cursim omnia in unum composuimus volumen. quod opus posteris relinquimus tanquam alimentum tenerum ac mola praeparatum, ut et qui dictorum historicorum scripta legerunt, commentarios habeant (etenim lectio ad recordationem excitandam est efficax, recordationi ad alendam augendamque memoriam vis est, quemadmodum contra incuria et negligentia immemores reddit; unde prorsus oblivio consequitur, memoriam rerum gestarum obscurans atque confundens) et qui historias nondum cognoverunt, hoc compendio ductoris loco utantur.

Principio fecit deus caelum et terram. confusius iis mundi partibus nominatis quae maxime reliquas in se continent, distinctius deinceps creationis principium enarrat, dicens "et dixit deus, fiat lux." sciendum est, quidquid ante huius mundi constitutionem exstitit, id in luce fuisse. nam neque angelorum choreae in tenebris degebant neque universi caelestes exercitus, sed in luce, et omni spiritibus congruente laetitia suum quivis munus obibant. tenebrae autem extensione caeli, qua tegebantur ea quae infra caelum sunt, exstiterunt. de his ergo dixit deus "fiat lux," ac exstitit lux. nam a tenebris separata est, et ab opi-

ἀπὸ τῶν σκότους, καὶ ἡμέρα ὠνομάσθη παρὰ τοῦ δημιουργοῦ. ἡ πρώτη ἐστὶ τοῦ παρ' Ἑβραίοις λεγομένου Νισὰν τοῦ πρώτου μηνός, εἰκοστὴ δὲ πεμπτὴ τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις Μαρτίου μηνός, P 3 παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις ζ' Φαμενὼθ τοῦ κθ' καλουμένου παρ' αὐτοῖς μηνός. ἐν ταύτῃ καὶ Γαβριὴλ τὸν ἀσπασμὸν ἐπὶ τῇ θείᾳ συλλήψει τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ τῇ παναχράντῳ θεοτόκῳ ἐφθέγξατο. ἐν ταύτῃ καὶ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ πατρὸς μετὰ τὴν ἐξ αὐτῆς ἄρρητον γέννησιν πᾶσαν πληρώσας οἰκονομίαν ἐκ νεκρῶν ἀνέστη· ἥνπερ καὶ κυριακὸν πάσχα οἱ ἅγιοι πατέρες ὠνόμασαν, ἀρχὴν λαβόντες κατὰ τὴν αὐτὴν ἁγίαν τῆς ζωηφόρου ἀναστάσεως ἡμέραν τοῦ πεντακισχιλιοστοῦ πεντακοσιοστοῦ τριακοστοῦ ἐννάτου ἔτους B ἀπὸ κτίσεως κόσμου. καὶ τινὲς δὲ τῶν ἁγίων θεοφόρων πατέρων ἐν τῇ αὐτῇ ἔφασαν τῇ ἡμέρᾳ, δηλονότι τοῦ Μαρτίου μηνός, καὶ τὴν ἐπὶ γῆς δευτέραν τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν γενήσεσθαι παρουσίαν, ἐν ᾗ κρινεῖ πᾶσαν πνοήν, ὡς τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀπ' αὐτῆς πάλιν τὴν ἀρχὴν λαμβάνοντος. ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, ἥτις ἦν κυριακή, ἤγουν τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, πνεῦμα καὶ φῶς καὶ νυχθήμερον καὶ ἐκ τοῦ συμβεβηκότος τὸ σκότος, ὁμοῦ ἔργα ἑπτά. ὁ δὲ Ἀφρικανὸς τὴν πρώτην ἡμέραν νοητὴν λέγει διὰ τὸ ἀδιάγνωστον εἶναι τέως τὸ πρωτόκτιστον φῶς καὶ κεχυμένον. ἐν C

13 τῇ ἡμέρᾳ] ταύτῃ ἡμέρᾳ?

fice ei nomen diei impositum. est autem prima dies primi Ebraeorum mensis, qui mensis ab iis Nisan dicitur; eademque quinta post vigesimam eius mensis quem Romani Martium vocant, apud Aegyptios est septima mensis, quem ii Phamenoth appellant, estque iis in ordine vigesimus nonus. ea die divinam dei nostri servatoris conceptionem castissimae virgini dei genitrici Gabrielus salutatione denuntiavit. eadem die unigenitus patris filius, cum ex ea ineffabili modo natus omni suo in carne defunctus esset officio, e mortuis surrexit. quam diem etiam pascha dominicum beati patres nominarunt, facto eius rei initio ab ea ipsa sacra die vivificae resurrectionis, quae fuit anno ab origine mundi quinquies millesimo quingentesimo trigesimo. praeterea quidam beatorum et divino instinctu praeditorum patrum eadem die (nimirum 25 Martii) alterum filii dei et servatoris nostri Iesu Christi adventum fore pronuntiaverunt, quo de omni anima est iudicium acturus, quippe futurum saeculum rursum ab hac ipsa die inchoandum existimantes. nota, prima ista die, quae fuit dominica sive prima post sabbatum, fecit deus caelum et terram, spiritum et lucem, diem naturalem, quae die ac nocte constat, ac (quod erat istorum consectarium) tenebras: septem numero opera effecta. Africanus autem primam diem intelligentia tantum considerari ait, quod eatenus lux quae ante omnia creata fuit, internosci non potuerit ac diffusa fuerit. secunda naturali die

τῷ δευτέρῳ δὲ νυχθημέρῳ ἐγένετο στερέωμα, ἔργον ἕν. στερέωμα δὲ ἐκλήθη τὸ δημιούργημα διὰ τὸ τὴν φύσιν τῶν ὑπερκειμένων ἢ ὑποκειμένων λεπτὴν εἶναι καὶ ἀραιάν, οὐρανὸς δὲ διὰ τὸ καθορᾶσθαι τρόπον δέρρεως ὑπὲρ κεφαλῆς ἡπλωμένος. ἐν τῷ τρίτῳ νυχθημέρῳ φανέρωσις γῆς καὶ ἀναξήρανσις, παράδεισος, δένδρα παντοῖα, βοτάναι καὶ σπέρματα, ἔργα τέσσαρα. ξηρὰ δὲ ἐπεκλήθη ἡ γῆ, ἐπειδὴ καὶ ἴδιον αὐτῆς ἐστὶ κατὰ φύσιν τὸ πρόσρημα· τὸ γὰρ κυρίως ξηρὸν γῆ ἐστίν. ἐπειδὴ ὥσπερ τι βάρος ἀπέθετο
D τὰ ἐπικείμενα αὐτῇ ὕδατα, λοιπὸν βλαστάνειν προσετάχθη. ψυχὴν δὲ ζῶσαν ἐξαγαγεῖν ἐκελεύσθη, ἵν' ἐκ τούτου γινώσκηται τῆς τε ἀλόγου ψυχῆς ἡ διαφορὰ καὶ τῆς ἀνθρωπείας· ἐκ γὰρ γῆς ἐφύη τῶν ἀλόγων ἡ ψυχή, ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ἐκ τοῦ θείου ἐμφυσήματος συνέστη. καὶ ὅτι γεηρά ἐστι τῶν ἀλόγων ἡ ψυχή, ἐξ αὐτῆς ἔστι γνῶναι πάλιν τῆς γραφῆς· εἴρηται γάρ, ψυχὴ παντὸς κτήνους τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐστίν. αἷμα δὲ πηγνύμενον εἰς σάρκα μεταβάλλεται, σὰρξ δὲ φθειρομένη εἰς γῆν ἀναλύεται. εἰκότως οὖν γεώδης ἡ τῶν ἀλόγων ψυχή. τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἥλιον, τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, ἔργα τρία. τῶν
P 4 φωστήρων γενομένων πολυμερὲς τῷ παντὶ παρεσχέθη ὄφελος, ἔκ τε τοῦ φαίνειν καὶ ταῖς οἰκείαις λαμπηδόσι καταυγάζειν τὸν κόσμον πλουσίως, ἔκ τε τοῦ ἀνίσχειν καὶ καταδύεσθαι τὴν τῶν χρόνων ἀπαρίθμησιν γίνεσθαι. ἀλλὰ καὶ τῶν σημείων, οἷά ἐστι διὰ τῆς σελήνης φαίνεσθαι. λεπτὴ γὰρ οὖσα ταῖς κεραίαις καὶ καθαρὰ

8 ἐπειδὴ δὲ ὥσπερ? 21 τοῦ] τοῦ τῷ? 22 καὶ] κἀκ?

firmamentum est factum: opus unum. hoc autem nomen habet, propterea quod tenuis est et rara eorum quae supra id atque infra sunt natura. caelum autem (Graece οὐρανός) dicitur, quod pellis instar videtur supra caput expansum. tertia die terrae apparitio ac siccatio, paradisus, omnis generis arbores, herbae et semina: quattuor opera. arida autem seu sicca appellata fuit terra, quod nomen naturae eius proprium est: proprie enim siccum quod sit, terra est. haec ubi se iniectis desuper aquis exoneravit, iussa porro est germinare. iussa est autem producere animam viventem, ut inde cognosceretur bruti ac hominis animae discrimen: nam brutorum anima ex terra est nata, hominis autem ex divina inspiratione orta est. esse autem brutorum animam terrenam, rursum ex ipsa potest intelligi scriptura: dicit enim "anima omnis pecoris est sanguis eius." porro sanguis concretus in carnem mutatur, caro suo interitu in terram dissolvitur. itaque consentaneum est brutorum animam esse terrenam. quarta die solem lunam et stellas deus fecit: tria opera. luminarium ortus multiplicem universo utilitatem attulit, cum lucendo suoque splendore mundum affatim illustrando, tum ortu obituque suo tempora distinguendo. tum qualia signa praebeant, luna declarat; cuius cornua acuta ac pura si sint, constantem diei sere-

περὶ τὴν ἡμέραν σταθηρὰν εὐδίαν κατεπαγγέλλεται, παχεῖα δὲ ταῖς κεραίαις καὶ ὑπέρυθρος φαινομένη ἢ ὕδωρ λάβρον ἀπὸ νεφῶν ἢ χειμῶνα ἔσεσθαι μηνύει. ὡσαύτως καὶ ὁ ἥλιος ἀνθρακώδης γενόμενος καὶ ὕφαιμος ταῖς ἀκτῖσιν ἢ τὸ ἀπαύγασμα βιαίαν κίνησιν δηλοῖ ἐπιγενέσθαι. καὶ μάρτυρες τούτων πλωτῆρες καὶ γεωρ- B
γοὶ καὶ ὁδοιπόροι. τῇ ε' ἡμέρᾳ τὰ ἑρπετά, τὰ νηκτὰ πάντα, κήτη ἰχθύες καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν, ἔτι τε καὶ πετεινά, ἔργα τρία. τῇ ς' ἡμέρᾳ τὰ τετράποδα, τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς, τὰ θηρία καὶ τὸν ἄνθρωπον, ἔργα τέσσαρα. ὁμοῦ πάντα τὰ ἔργα εἰκοσιδύο, ἰσάριθμα τοῖς Ἑβραϊκοῖς γράμμασι καὶ ταῖς εἰκοσιδύο αὐτῶν βίβλοις καὶ ταῖς ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Ἰακὼβ εἰκοσιδύο γενεαρχίαις, ὡς ἐν Λεπτῇ φέρεται Γενέσει, ἣν καὶ Μωσέως εἶναί φασί τινες ἀποκάλυψιν. αὕτη τὰς οὐρανίους δυνάμεις τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ λέγει ἐκτίσθαι. τίνος δὲ χάριν τὴν ζ' ἡμέραν εὐλόγησεν ὁ θεός, καὶ οὐ C
πάσας; φασί τινες. λέγομεν οὖν ὅτι ἑκάστη τῶν ἄλλων ἐκ τῆς ἐν αὐτῇ γενομένης δημιουργίας ἔσχε τὴν εὐλογίαν· ἐπειδὴ δὲ ἔμελλεν αὕτη μόνη μένειν ἀγέραστος, μηδεμιᾶς ἐν αὐτῇ γενομένης δημιουργίας, τούτου χάριν ηὐλογήθη καὶ αὕτη ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ ἡγιάσθη, καὶ σάββατον ὡς καταπαύσιμος προσηγορεύθη, καὶ ὡς τύπος τῆς ἑβδόμης χιλιοετηρίδος καὶ τῆς τῶν ἁμαρτωλῶν συντελείας, ὡς Ἰώσηππος μαρτυρεῖ καὶ ἡ Λεπτὴ Γένεσις.

Τὰ θηρία καὶ τὰ τετράποδα καὶ τὰ ἑρπετὰ ὁμόφωνα ἦσαν

nitatem promittit, sin obtusis cornibus ac subrubens appareat, aut largos imbres aut tempestatem fore indicat. eodem modo sol quoque, si prunae instar candeat ac sanguinis colore tinctos radios splendoremque edat, motum violentum imminere ostendit. testes harum rerum sunt nautae agricolae viatores. quinta die repentia, quaecunque natant, cetos, pisces, et quaecunque in aquis vivunt, ac praeterea volucres deus creavit: opera tria. sexta die quadrupeda, ea quae humi serpunt, bestias et hominem: opera quattuor. numerus omnium operum simul vigintiduo; quae summa aequat numerum literarum Ebraicarum, et rursus librorum quibus Iudaei utuntur, itemque vigintiduo graduum generis ab Adamo usque ad Iacobum, ut in parva Genesi legitur, quam etiam nonnulli aiunt esse Mosis patefactionem. idem liber tradit caelestes quoque potentias prima die creatas esse. cur autem, inquiunt quidam, non omnes, sed septimum duntaxat diem deus faustum esse iussit? respondemus reliquarum unamquamque ex opificio quod ea die peractum est, suam habere prosperitatis denuntiationem: cum autem sola septima eo honore esset caritura, nullo ea die opere condito, ideo ipsa quoque a deo fausta esse iussa est ac consecrata et sabbatum appellata; ut quae requietem afferat, et repraesentet septimum annorum millenarium, finemque peccantium hominum; ut Iosephus testatur et parva Genesis.

Bestiae ac quadrupeda et reptilia ante delictum communi cum ho-

D πρὸ τῆς παραβάσεως τῷ ἀνθρώπῳ, διότι, φησίν, ὁ ὄφις ἀνθρωπίνῃ φωνῇ ἐλάλησε τῇ Εὔᾳ. πᾶσα δὲ λογικὴ φύσις κατ' εἰκόνα θεοῦ, ταῦτα δὲ οὐκ εἰσὶ κατὰ εἰκόνα θεοῦ· τὸν γὰρ ὄφιν ὁμολογοῦμεν λελαληκέναι τῇ Εὔᾳ, στόμα γενόμενον τῷ νοητῷ ὄφει, ἐν ᾧ ἐνεργήσας ὡς συνήθει ὄντι τῷ ἀνθρώπῳ παρὰ τὰ λοιπὰ θηρία δι' αὐτοῦ ἠπάτησε τοὺς προπάτορας, ὁ μετὰ τοῦτο καὶ ἐν ἀψύχοις εἰδώλοις λαλήσας τοῖς ὑπ' αὐτοῦ δελεασθεῖσι πολυτρόπως εἰδωλολάτραις. τὸ δὲ εἶναι τὸν ὄφιν τετράπουν τὸ πρὶν καὶ μετὰ τὴν πονηρὰν εἰσήγησιν ἑρπυστικόν, καὶ ἰὸν αὐτῷ ἐπὶ τὴν γλῶσσαν P 5 ἐντεθῆναι, οὐκ ἀπιστοῦμεν. φρόνιμος δὲ ὁ ὄφις ἐκλήθη, ὅτι τὸ λογικὸν ζῷον τὸν ἄνθρωπον, καὶ τῶν ἄλλων ἀγχινοίᾳ διαφέρον, ἐξαπατᾶν ἔμελλεν. ἄλλοι δέ φασιν ὅτι οὐ τῷ κατὰ προφορὰν λόγῳ ὁ ὄφις ἐχρήσατο· ἀλλ' οἱ πρωτόπλαστοι, ἅτε κακίας ὄντες ἀμιγεῖς, ἀκριβεστάτας εἶχον τὰς αἰσθήσεις καὶ πολὺ τῶν ἡμετέρων διαλλαττούσας, ὥστε τὴν ἀκοὴν αὐτῶν πάσης ὑπάρχειν φωνῆς ἀκουστικήν. ἐπειδὴ γὰρ βασιλεὺς ὥσπερ προήχθη ἐν τῷ κόσμῳ ὁ ἄνθρωπος, εἰκότως κατ' εἰκόνα θεοῦ γεγέννηται· ἔδει γὰρ τὸν μέλλοντα ἄρχειν τῶν ἄλλων ὥσπερ τινὰ εἰκόνα εἶναι ἔμψυχον τῆς τοῦ παμβασιλέως ὁμοιότητος, οὐκ ἐν πορφυρίδι καὶ σκήπτρῳ καὶ B διαδήματι τὴν ἀξίαν ἐμφαίνοντα, ἐπεὶ μηδὲ τὸ ἀρχέτυπον ἐν τούτοις ἐστίν, ἀλλ' ἐν τῷ κεκοσμῆσθαι τῇ ἀφθαρσίᾳ καὶ ἀθανασίᾳ καὶ ἀρετῇ· τούτοις γὰρ τιμηθεὶς ὁ ἄνθρωπος τὴν πρὸς τὸ πρωτό-

minibus voce usa sunt. nam (inquit) serpens humana voce Evam est allocutus. omnis autem natura ratione praedita est secundum imaginem dei. at vero ista non sunt facta secundum imaginem dei. etenim serpentem fatemur Evae verba fecisse, ita quidem ut is oris loco fuerit serpenti, quem et significatum intelligentia deprehendimus. hic illo, ut cum homine plus quam reliquis sit animantibus consuetudinis habente, usus instrumento, generis nostri auctores decepit. idem postmodo etiam in simulacris inanimis locutus est ad variis modis a se inescatos simulacrorum cultores. neque tamen non credimus serpentem initio fuisse quadrupedem, ac post malitiosam istam inductionem humi serpendi necessitate adstrictum, linguaeque eius virus impositum. vocatus est serpens callidus, quod homini, animali ratione praedito et reliquis acumine mentis praestanti esset impositurus. alii dicunt non expressis verbis usum serpentem, sed primo creatos homines, utpote ab omni malitia puros, acutissimos habuisse sensus multoque nostris praestantiores; itaque suo auditu omnia vocis genera percepisse. quando enim in mundum homo tanquam rex productus fuit, conveniebat eum ad imaginem dei factum esse: quippe oportebat eum qui aliis esset imperaturus, veluti imaginem quandam animatam esse similitudinis eius qui rex est omnium; qui non purpura sceptro ac diademate dignitatem suam monstraret, quando et exemplar ad quod ille factus est nihil horum habet, sed eo quod interitus vacuitate immortalitate ac virtute exornatus esset: his enim rebus decoratus homo similitudinem imaginemque exemplaris ad

τυπον εἰκόνα καὶ ὁμοιότητα διασώζει. ἔτι δὲ καὶ ἡ αὐτεξουσιότης τὸ βασιλικὸν καὶ ἐπηρμένον τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου καὶ πρὸς τὴν θείαν εἰκόνα ἐμφερὲς προφανέστατα δείκνυσι. κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ χειρῶν θεοῦ ἔργον ὁ ἄνθρωπος διὰ τὴν τιμὴν τῆς κατασκευῆς· καὶ γὰρ βουλῆς ἐνέργεια τὸ πᾶν. τὸ "ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν" διὰ τὸ μέλλον τῆς παιδογονίας λέγει· συνεργεῖ γὰρ τὸ θῆλυ τῷ ἀνδρὶ πρὸς τὴν τοῦ γένους αὔξησίν τε καὶ C διαμονήν. πλασθείσης δὲ τῆς γυναικός, ὡς ἑώρα αὐτὴν ὁ Ἀδάμ, οὐχ ὡς γυναῖκα θεώμενος ἔπασχεν, ἀλλ' ὡς ἑαυτὸν ὁρῶν πνευματικῶς ηὐφραίνετο, τὴν ὁμοίαν βλέπων καὶ ταύτην ἔχουσαν κατασκευήν. ὡσαύτως καὶ ἡ γυνὴ ὁρῶσα τὸν ἄνδρα μεγάλως ἠγάλλετο, κατ' αὐτὸν οὖσαν ἑαυτὴν ἐννοοῦσα. τὸ δὲ "θανάτῳ ἀποθανεῖσθε" θνητοὶ ἔσεσθε σημαίνει, ὡς καὶ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν. ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν σημαίνει, ἐργάζεσθαι μὲν τὴν εὐχαριστίαν καὶ τὴν αἴνεσιν τῷ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν παροχεῖ, φυλάσσειν δὲ καὶ τηρεῖν, μή πως ἀπονοηθεὶς καὶ λήθην D τοῦ εὐεργέτου λαβὼν τῆς ἐν χερσὶν ἀποπέσῃ μακαριότητος καὶ εὐζωΐας. Ἀδὰμ δὲ ἑρμηνεύεται γήϊνος, Εὔα δὲ ζωή· καὶ γὰρ αὐτοὶ τῆς γηΐνης καὶ σαρκικῆς ζωῆς ἀρχηγοὶ καὶ πατέρες τῷ ὄντι χρηματίζουσιν, ὥσπερ τῆς οὐρανίας καὶ πνευματικῆς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὁ νέος Ἀδάμ, καὶ ἡ ἀπειράνδρως αὐτὸν τεκοῦσα, ἀπαρχὴ καὶ αἰτία τοῖς πᾶσι τοῦ θεοῦ τέκνοις εἰσίν.

13 ἔσεσθαι P

quod effictus est, conservat. iam libertas quoque potestatis suae, naturae humanae regiam praestantiam inque ea divinae imaginis similitudinem manifestissime demonstrat. atque secundum hanc rationem homo manuum dei opus dicitur ob dignitatem structurae: omne enim hoc est consilii effectio. porro haec "faciamus ei adiutorem accommodatum ipsi" propter futuram prolis procreationem dicit: adiuvat enim femina marem in propagando conservandoque genere. effecta autem muliere, cum eam conspicatus esset Adamus, non ita affectus animo est ut qui mulierem cerneret, sed perinde ac se ipsum contemplans laetatus spiritu est, videns eam simili modo effictam. sed et mulier virum contuens magno gaudio est perfusa, intelligens se ei esse adiunctam. ceterum haec verba "morte moriemini," id significant, mortales eritis; quomodo etiam Symmachus interpretatus est. operari et custodire significant, illud gratiarum actionem et laudationem tot tantorumque bonorum praebitori rependere, hoc cavere ne quando per vaecordiam sui benefactoris oblitus praesente felicitate ac vitae commoditate excidat. Adami vocabulum terrenum significat, Evae vitam. nam ii re ipsa nominibus, quae eos terrenae ac carnalis vitae principes ac parentes denotant, respondent, sicut Iesus Christus novus Adamus, et de qua nullum experta virum ipse natus est, caelestis ac spiritualis vitae primordium et causa sunt omnibus dei filiis.

Ὅτι τινὲς ἐκ παραδόσεως ἑκατὸν ἔτη τὸν Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ φασὶ πεποιηκέναι. ἄλλοι δὲ τρίτην μὲν ὥραν πεπλάσθαι, P 6 ἕκτην δὲ παραβῆναι, ἐννάτην δὲ ἐκβεβλῆσθαι, τὸ ἐν ἕκτῃ μὲν ὥρᾳ ἐσταυρῶσθαι τὸν Ἰησοῦν, ἐννάτῃ δὲ τοῦτον ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανεῖν τεκμήριον τιθέμενοι. ἴσως δέ, ὅτι καὶ τὸ δειλινὸν ἦλθεν ὁ κύριος πρὸς αὐτούς, εἰς ταύτην ὑπενεχθῆναι τὴν ὑπόνοιαν. στενὸν δὲ κομιδῇ τὸ τρίωρον τῆς ἐν παραδείσῳ διατριβῆς τοῦ προπάτορος διάστημα, καὶ λίαν ἀπίθανον ὡς τῆς μεγαλοπρεπείας τοῦ τὰ πάντα δυσθεωρήτοις σοφίας κρίμασιν οἰκονομοῦντος ἀνάξιον. πότε γὰρ ἐν τρισὶν ὥραις χερσαίοις τε καὶ πτηνοῖς πᾶσιν ὀνόματα καλεῖν εἶχε καιρόν; πότε δὲ τῶν ἄλλων ἐν τῷ παραδείσῳ καρπῶν μετασχών, καὶ τῆς αὐτῶν μεταλήψεως κόρον λαβών, εἰς ἐπιθυμίαν τῆς τοῦ B ἀπηγορευμένου ξύλου γεύσεως ἐλήλυθεν; ἵνα μὴ λέγω τὴν ἐπήρειαν τῆς βασκανίας καὶ τῆς τοῦ ὄφεως πρὸς τὴν γυναῖκα προσβολῆς καὶ συμβουλίας· καὶ γὰρ αὐτὴ πλείονος ἐδεῖτο τῆς τοῦ χρόνου τριβῆς. διὰ τοῦτο μὲν ἐν ἕκτῃ ἡμέρᾳ καὶ ἐν ἕκτῃ ὥρᾳ τετολμῆσθαι τὴν παράβασιν, ἐννάτῃ δὲ ὥρᾳ τῆς αὐτῆς ἡμέρας τοῦ παραδείσου καὶ τῆς ἐν αὐτῷ ζωῆς τοὺς ἀθετήσαντας ἐκπεσεῖν σφόδρα πιθανὸν καὶ πιστόν, δι' ἐτῶν δὲ ἑπτὰ τοῦτο γενέσθαι, ὡς τῶν πρεσβυτέρων τινὲς ἀπεφήναντο. ὁ δέ γε μέγας ἐν διδασκάλοις Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον C ἁγίου εὐαγγελίου, τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τῆς πρώτης ἑβδομάδος, τουτέ-

6 ὑπενεχθέντες?

Notandum est quosdam ita ut traditum antiquitus est, referre, Adamum centum annos in paradiso exegisse. alii tertia hora fictum sexta peccasse, nona eiectum perhibent, eo argumento utentes, quod hora sexta dominus cruci affixus, nona pro nobis mortuus est, fortassis eo quoque in hanc adducti opinionem quod sub vesperam ad eos venit dominus. sed trium horarum spatium quo in paradiso Adamus moratus sit, breve admodum et nimis incredibile est ac magnificentia eius qui universa impervestigabilibus sapientiae iudiciis dispensat, indignum. qui enim in tribus istis horis Adamus ad imponendum omnibus terrestribus ac volucribus nomina tempus habuisset? quando reliquis in paradiso fructibus vescendo, ad eorum fruitionis satietatem prolapsus cupiditatem gustandae arboris qua ei interdictum fuit, in animum induxisset? ut noxiam invidentiae fraudem et serpentis ad mulierem aggressus atque consultationem non commemorem, quae ipsa amplius eo tempus requirebant. quapropter probabile admodum ac credibile est sexta die et sexta hora delictum illud ab iis admissum, nonaque eiusdem diei hora paradiso ac vita ob violatum dei mandatum excidisse: sed anno demum septimo id factum, sicut ex antiquis quidam pronuntiarunt. atqui Ioannes Chrysostomus vir magni inter doctores nominis, in expositione sacri evangelii quod a Matthaeo conscriptum fuit, sexta die primae

στι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῆς πλάσεως αὐτοῦ, λέγει τὸν Ἀδὰμ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου καὶ τὴν Εὔαν· ᾧ καὶ ἡμεῖς πειθόμεθα. καὶ οὐ χρὴ ζητεῖν περαιτέρω τὰ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος σεσιγημένα, ἵνα μὴ ἀντὶ κέρδους μικροῦ μεγάλην ἐπισπασώμεθα ζημίαν.

Τὸ δὲ εἰρημένον ὅτι Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, οὐχ ὡς δι' ἀπειθείας ἐπὶ κακίαν προκόψαντος, ἀλλὰ διὰ τὸ εἰρηκέναι "κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν." ἀλλὰ μή τις ὑπολάβῃ ὅτι τὸ ξύλον τοιαύτης ἦν φύσεως ὡς γνῶσιν παρέχειν καλοῦ καὶ κακοῦ. οὐ γάρ ἦν τι βλαβερὸν ἐν παραδείσῳ, ὅρος δὲ ἐτέθη ἐπὶ τῷ φυτῷ πρὸς γυμνασίαν τῆς ἐλευθεριότητος. καὶ ὅτι οὐ τὸ ξύλον αἴτιον D γνώσεως τῷ Ἀδὰμ γέγονε, δῆλον· ἡ γὰρ ἐντολὴ ὡς πρὸς εἰδότα ἄμφω ἐδόθη, τό τε καλὸν καὶ πονηρόν, τήν τε ὑπακοὴν καὶ τὴν παρακοήν, ὥστε ἡ γνῶσις προύλαβε τὴν ἐντολήν. δέδοται δὲ αὕτη διὰ τό, ὡς εἴρηται, αὐτεξουσίῳ βουλήματι κινούμενον τὸν ἄνθρωπον, ἐπ' ἀδείας τε ἔχοντα ἀπὸ πάντων μεταλαμβάνειν τῶν ἄλλων δένδρων, ἑνὸς δὲ μόνου νόμῳ προσταττόμενον ἀπέχεσθαι, καὶ γινώσκειν ὡς ὑπὸ δεσπότην ἐστὶ τὸν καὶ τὴν ἐντολὴν δεδωκότα. τὸ δὲ "διηνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί" οὐχ ὡς τότε βλεψάντων τῶν πρωτοπλάστων εἴρηται (δείκνυνται γὰρ καὶ πρὸ τῆς P 7 βρώσεως ὁρῶντες ἐκ τοῦ λέγεσθαι "καὶ εἶδεν ἡ γυνὴ ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν καὶ ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν")· ἀλλ' ὡς τὸ ἀπειρόκακον ἀποθεμένων διὰ παραβάσεως, ὃ καὶ τὴν

septimanae, hoc est die effictionis Adami, hunc et Evam paradiso eiectos ait. cui et nos fidem habemus, neque ulterius inquirenda sunt quae spiritus sanctus in divinitus inspiratis literis reticuit, ne loco exigui lucri magnum nobis accersamus damnum.

Quod autem dictum est "Adamus factus est tanquam unus ex nobis," non eo referendum est quod per inobedientiam in vitium excidit, sed ad id quod dictum fuit "ad imaginem dei condidit eum." neque opinari quisquam debet lignum eius fuisse naturae ut boni malique notitiam praeberet: nihil enim in paradiso erat noxium. sed haec arbor termini loco statuta est, ut esset libertatis exercendae materies. ac liquet arborem Adamo non fuisse causam cognitionis, quando praeceptum ei tanquam utriusque cognitione praedito datum est, boni inquam et mali obedientiae et contumaciae. itaque cognitio praeceptum antegressa est. hoc autem datum est, ut, quemadmodum diximus, voluntate, cuius ipse potestatem obtineret, motus homo, permisso ei ut fructibus omnium reliquarum arborum vesceretur, unaque tantum ut abstineret imperato, intelligeret se sub domino istius mandati auctore esse. haec autem "aperti sunt eorum oculi" non dicuntur quasi tum demum videre coeperint (nam visu praediti etiam ante esum demonstrantur ex his verbis "viditque mulier arborem et ad esum commodam et aspectu gratam"), sed eo pertinent, quod eo delicto omnis mali ignorationem, quae nudi-

γύμνωσιν ἀδιάφορον παρέσχεν, ἐρρήθη ὅτι διηνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί. πέφυκε γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς ἅπας ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ διεγείρεσθαι πρὸς ἃ βλέπει· σύνεσιν γὰρ καθ' ἑαυτὸν αὐτὸς οὐκ ἔχει. ὥστε πολλάκις πρὸς ἕτερα τῆς διανοίας ἀσχολουμένης τυφλοῦ δίκην παρερχόμεθα ἐνίοτε καὶ τὸν πάνυ γνώριμον, καὶ ἐπειδὰν ἐγκληθῶμεν, τῇ ἀσχολίᾳ τοῦ λογισμοῦ τὸ αἴτιον ἀνατιθέντες ἀπο-
B λογούμεθα. οὕτως οὖν ὁ Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα τῇ αἰσθήσει τοῦ νοῦ πρὸς τὴν ὄψιν διηγέρθησαν. τὸ γὰρ "ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν" ἀποκάλυψιν σημαίνει τὴν ἐγγενομένην τῷ λογισμῷ, οὐκ ἀνάβλεψιν ὀφθαλμῶν. λεχθήσεται δὲ κἀκεῖνο, ὅτι πρὸ τῆς ἀπειθείας, ἐπειδὴ καιρὸν οὐκ εἶχε τὰ τῆς παιδοποιίας, οὐκ ἐδέδοτο παρὰ θεοῦ ἡ παρατήρησις τῆς γυμνώσεως, ἀλλὰ διετέλουν ὡς ἄσαρκοι, σαρκικῆς διαθέσεως οὔπω καιρὸν ἔχοντες. ἐπειδὴ δὲ ἡ ἀπείθεια ἐπισυμβᾶσα τὸ θνητὸν ἐπηγάγετο, εἰκότως λοιπὸν ἐνεδόθη τούτοις ἡ πρὸς ἀλλήλους αἰδώς· καὶ νενοήκασιν ὕστερον τῶν σχημάτων τὴν διαφοράν, προθεωρηθεῖσαν τῷ πλάσματι πρὸς τὸ ἀναγκαῖον
C τῆς τοῦ γένους διαδοχῆς. ἐκ φύλλων δὲ συκῆς ἐποίησαν ἑαυτοῖς περιζώματα, αἰνιττομένων διὰ τοῦ ξύλου τὸν τρόπον τῆς κακοπραγίας· ὡς γὰρ ἡδὺς ὁ καρπὸς τῆς συκῆς, τραχὺ δὲ καὶ πικρότατον τὸ φύλλον, οὕτω πᾶσα ἁμαρτία ἐν μὲν τῇ πράξει δείκνυται ἡδεῖα, μετὰ δὲ ταῦτα ὀδύνην παρέχει τῷ πεπραγότι. περὶ δὲ τῶν δερματίνων χιτώνων φησὶν ὁ θεολόγος Γρηγόριος ὅτι θνητὸν αὐτὸν ἀπεφήνατο ὁ θεὸς νεκρότητι περιβάλλων. τοῦτο γὰρ οἱ δερ-

tatem quoque eis indifferentem redegerat, amiserunt. omnis enim oculus, cum ipse a sese intellectum non habeat, ea est natura ut a ratione ad obiectum quod videt excitetur. itaque saepenumero intellectu aliis rebus occupato etiam notissimos homines tanquam caeci praeterimus, eoque nomine reprehensi reiecta in mentis occupationem causa nos purgamus. sic ergo Adamus et Eva sensu mentis ad visionem excitabantur. nam haec "cognoverunt se nudos esse" patefactionem significant, quae in ratione evenit, non oculorum apertionem. id quoque dicendum nobis. ante defectionem, cum liberis dare operam nondum iis esset tempestivum, non dederat hoc illis deus ut nudationem corporis caverent, sed degebant veluti carnis expertes, nondum opportuno affectionis carnalis tempore. sed postquam contumacia superveniens mortalitatem introduxit, convenienter in posterum eis indita est mutua verecundia; ac postmodo animadverterunt figurarum diversitatem, iam ante provisam in ipso figmento ob generis propagandi necessitatem. subligacula autem sibi fecerunt ex ficulnis foliis, rei male gestae modum ex eius arboris natura quasi per ambages indicantibus: quemadmodum enim fructus ficus dulcis est, folium asperum et amarissimum, sic omne peccatum actionem quidem habere iucundam ostenditur, postea vero dolorem ei qui peccavit affert. de pelliceis porro tunicis Gregorius theologus sentit, deum ita mortalitatem hominis declarasse, mortalis exuvio eum amiciens. hoc

μάτινοι χιτῶνες σημαίνει ἀπὸ τοῦ λόγου τῆς τῶν ζῴων νεκρότητος, ὅπως διὰ τῆς λύσεως τοῦ σώματος καὶ τῆς ὄψεως ἡ ἁμαρτία πᾶσα αὐτόπρεμνος διαφθαρῇ. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τοῦ παραδείσου ἐκβάλλεται, ἵνα μὴ τῇ αὐτεξουσιότητι κεχρημένος λάβῃ τοῦ ξύλου D τῆς ζωῆς καὶ γένηται τὸ κακὸν ἀθάνατον.

Ὅτι ὁ Σατανᾶς κατὰ τὴν τῶν Ἑβραίων φωνὴν ἀποστάτης λέγεται καὶ ἀντικείμενος, διάβολος δὲ ὡς τὸν θεὸν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους συκοφαντήσας εἴρηται.

Ὅτι ὁ Κάϊν ἐν ἀνθρώποις πρῶτος φονεὺς ἐγένετο, δεύτερος δὲ ὁ Λάμεχ, δύο γυναῖκας λαβών, καὶ δύο φόνους ἐτέλεσε. οὓς δὲ ἀνεῖλεν, ἄνδρα καὶ νεανίσκον, ἀδελφοὶ ἦσαν τοῦ Ἐνώχ, ὃς καὶ πίστει προσευξάμενος τοῦ μὴ ἰδεῖν ἔτι τοιοῦτον θάνατον, ἀκουσθεὶς μετετέθη.

Ὅτι Ἄβελ δικαιοσύνης ἐφρόντιζε· διὸ καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ P 8 φασὶν ἀφανὲς γεγονέναι, τοῖς μετέπειτα δικαίοις ἀγαθὰς ἐλπίδας ὑποφαῖνον. ὁ δὲ Κάϊν πρῶτος ἄροτρον εὗρε, καὶ πόλιν ἔκτισε ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἐνών. καὶ ὅτι μετὰ τὴν καταδίκην ἅρπαξ καὶ πλεονέκτης ἐγένετο, μέτρα καὶ σταθμὰ καὶ ὅρους γῆς πρῶτος ἐπινοήσας, καὶ τοὺς οἰκείους εἰς ἓν συναγαγὼν ἐν πολέμοις ἀσχολεῖσθαι ἐδίδασκεν. οὗτος χθαμαλὸς ἦν ἀπὸ τῆς κατάρας τοῦ θεοῦ, καὶ πάντες οἱ ἐξ αὐτοῦ γενόμενοι. ᾤκει δὲ τὴν γῆν, ἥτις ἐστὶ τρέμουσα, χθαμαλὴν οὖσαν, κεχωρισμένος ὑπάρχων ἀπὸ

enim pelliceae tunicae designant, ratione ab animalium mortalitate ducta, ut dissolutione corporis ac visus abolitione omne peccatum funditus aboleatur. atque ob hanc causam etiam paradiso expellitur, ne libertate voluntatis utens manum ligno vitae iniiceret, malumque ita immortale fieret.

Satanas Ebraeorum lingua desertorem significat et adversarium. diabolus a calumnia appellatur Graecis, qua deum ab hominibus abalienavit.

Cainus primus inter homines homicida exstitit, Lamechus secundus: qui duas uxores duxit et duo homicidia fecit. vir autem et adolescens quos interfecit, Enochi fuerunt fratres, qui certa impetrandi fiducia deum precatus ne talem porro videre necem cogeretur, exauditus et e terra translatus est.

Abelus iustitiam coluit: ideo aiunt cadaver eius e conspectu hominum sublatum fuisse, quo post ipsum iuste victuri in bonam spem vocarentur. Cainus primus aratrum invenit, urbemque Enon filio suo cognominem condidit. idem post damnationem raptor fuit et alienis bonis inhiavit; primusque mensuras et pondera et limites excogitavit, suosque in unum conductos bello operam dare docuit. idem ab eo tempore quo eum deus exsecratus est, humilis fuit, omnesque ab eo prognati. terram autem incoluit quae tremens est et humilis, Adami mandato a

τῆς τοῦ Σὴθ γενεᾶς κατὰ πρόσταξιν τοῦ Ἀδάμ. οὗτος ὁ Κάϊν, B ὡς ἡ λεπτὴ Μωσέως Γένεσις φησίν, τῆς οἰκείας πεσούσης ἐπ' αὐτὸν τελευτᾷ· λίθοις γὰρ τὸν ἀδελφὸν Ἄβελ ἀπέκτεινε, καὶ λίθοις ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἀπεκτάνθη.

Ὅτι ὁ Σὴθ τρίτος υἱὸς ἀναγέγραπται Ἀδάμ· ὃς τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν Ἀσουὰμ καλουμένην γήμας ἐγέννησε τὸν Ἐνώς. σημαίνει δὲ Σὴθ ἐξανάστασιν. ὠνομάσθη δὲ καὶ θεὸς διὰ τὴν λάμψιν τοῦ προσώπου αὐτοῦ, ἣν ἔσχεν ἐν ὅλῃ αὐτοῦ τῇ ζωῇ. ταύτην δὲ τὴν χάριν καὶ Μωσῆς ἔχων, τὸ κάλυμμα τιθεὶς ὡμίλει τοῖς Ἰουδαίοις. * * ἐπὶ χρόνοις τεσσαράκοντα, τοῖς τε ἑπτὰ πλανήταις ὀνόματα τεθεικώς, καὶ τὴν τῶν οὐρανίων κινήσεων σοφίαν ἐπενόησε. καὶ C στήλας δύο, λιθίνην τε καὶ πλινθίνην, κατασκευάσας ἐκεῖ ταῦτα ἔγραψεν, εἰδὼς τὴν τοῦ παντὸς φθοράν, καὶ ὡς εἰ μὲν ἐξ ὕδατος γένηται, τὴν λιθίνην σώζεσθαι, εἰ δὲ διὰ πυρός, τὴν πλινθίνην· ἥτις σώζεται, ὡς Ἰώσηπος μαρτυρεῖ, εἰς τὸ Σίριδον ὄρος ἕως καὶ νῦν. οὗτος καὶ τὰ Ἑβραϊκὰ γράμματα συνεγράψατο. τῷ γὰρ διακοσιοστῷ τριακοστῷ ἔτει τοῦ Ἀδὰμ ἐγεννήθη ὁ Σήθ, καὶ γενόμενος ἐτῶν δώδεκα ἀπεγαλακτίσθη· καὶ τῷ διακοσιοστῷ ἑβδομηκοστῷ ἔτει τοῦ Ἀδὰμ ὁ Σὴθ ἁρπαγεὶς ὑπὸ ἀγγέλου ἐμυήθη τὰ περὶ τῆς παραβάσεως μέλλοντα ἔσεσθαι τῶν υἱῶν αὐτοῦ (ἤτοι τῶν Ἐγρηγόρων, οἵτινες καὶ υἱοὶ θεοῦ ἐλέγοντο) καὶ τὰ περὶ τοῦ D κατακλυσμοῦ καὶ τῆς παρουσίας τοῦ σωτῆρος. ἡμέρᾳ δὲ τεσσαρακοστῇ ἄφαντος γεγονώς, ἐλθὼν διηγήσατο τοῖς πρωτοπλάστοις

Sethi progenie separatus. Cainum hunc parva Genesis, quae Mosi inscribitur, ruina domus suae oppressum vitam finivisse tradit. lapidibus enim fratrem suum Abelum necaverat: itaque ipse quoque lapidibus est interfectus.

Sethus Adami tertius filius recensetur, qui germana sorore sua, cui nomen Asuama, in matrimonium ducta Enosum procreavit. Sethi nomen restitutionem notat. deus quoque idem appellatus est, ob splendorem faciei, quem per omnem vitam habuit. qua gratia etiam Moses praeditus velata facie cum Iudaeis loquebatur ** quadraginta annis. idem Sethus septem errantibus stellis, Graeci planetas vocant, nomina imposuit; caelestiumque conversionum scientiam excogitavit, quam duabus columnis, lapideae uni, alteri latericiae, inscripsit. praesciebat enim universi interitum, quem si aqua afferret, lapideam superaturam, sin ignis, latericiam; atque hanc etiamnum exstare in Sirido monte Iosephus testatur. idem Sethus Ebraicas literas conscripsit. nam ducentesimo trigesimo Adami anno natus est, cumque esset annorum duodecim, ablactatus; annoque Adami supra ducentesimum septuagesimo raptus ab angelo imbutus est cognitione futurae suorum posterorum impietatis, qui iidem Egregores appellantur et filii dei, ac diluvii et adventus servatoris. cum autem quadragesima die rursum in hominum conspectum rediisset, parentibus ea quibus ab angelo initiatum diximus recitavit.**

ὅσα ἐμυήθη διὰ τοῦ ἀγγέλου. εὐειδὴς δὲ ἦν καὶ εὐδιάπλαστος σφόδρα αὐτός τε καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ γεννώμενοι, Ἐγρήγορες καὶ υἱοὶ θεοῦ διὰ τὴν λάμψιν τοῦ προσώπου τοῦ Σὴθ λεγόμενοι· καὶ τὴν ὑψηλοτέραν γῆν τῆς Ἐδὲμ ᾤκουν, πλησίον τοῦ παραδείσου ἀγγελικῶς βιοῦντες, ἕως τοῦ χιλιοστοῦ κοσμικοῦ ἔτους. τούτων τὴν ἐνάρετον πολιτείαν μὴ φέρων ὁ ἀρχέκακος βλέπειν, εἰς τὴν ὡραιότητα τῶν θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων ἤτοι τοῦ Κάϊν αὐτοὺς ἔτρωσεν.

Ὅτι τὸ "Ἐνὼς ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ P 9 θεοῦ πρῶτος" προσαγορεύεσθαι ὀνόματι θεοῦ ἐστίν. Ἐνὼς γὰρ ἑρμηνεύεται ἄνθρωπος κατὰ τὸν Ἑβραϊκὸν νοῦν· οὕτως ὁ σωτὴρ υἱὸς ὄντως ἀνθρώπου, κατὰ τὸν φυσικὸν λόγον Ἀφρικανοῦ. Ἐνὼς δὲ γεννᾷ τὸν Μαλελεὴλ, ὁ δὲ τὸν Ἰάρεδ, ἐξ οὗ Ἐνώχ. οὗτος πρῶτος γράμματα μανθάνει καὶ διδάσκει, καὶ θείων μυστηρίων ἀποκαλύψεως ἀξιοῦται. καὶ πρώτη περίοδος τῶν πεντακοσίων τριάκοντα δύο ἐτῶν πληροῦται· ἦν δὲ χρόνος τοῦ μὲν Σὴθ τριακόσιοι δύο, τοῦ δὲ Ἐνὼχ ἐννενηκονταοκτώ.

Ὅτι Ἀδὰμ τῷ ἑξακοσιοστῷ ἔτει μετανοήσας ἔγνω δι' ἀποκαλύψεως τὰ περὶ τῶν Ἐγρηγόρων καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ τὰ B περὶ μετανοίας καὶ τῆς θείας σαρκώσεως, καὶ περὶ τῶν καθ' ἑκάστην ὥραν ἡμερινὴν καὶ νυκτερινὴν ἀναπεμπομένων εὐχῶν τῷ θεῷ ἀπὸ πάντων τῶν κτισμάτων δι' Οὐριὴλ τοῦ ἐπὶ τῆς μετανοίας ἀρχαγγέλου, οὕτως. ὥρᾳ πρώτῃ ἡμερινῇ πρώτη εὐχὴ ἐπι-

formosus autem admodum fuit, et pulchre ficto corpore cum ipse tum et prognati, Egregores et dei filii ob Sethi faciei splendorem dicti; terramque Edenis sublimiorem incoluerunt, vicinique paradiso vitam angelorum vitae similem egerunt usque ad millesimum mundi annum. quorum honestam vitae consuetudinem auctor primus malorum intueri non sustinens, formositate filiarum hominum, id est Caini, eos sauciavit.

Haec verba "Enosus primus speravit appellari nomen domini dei," hoc significant nomine dei vocari: nam Ebraica lingua Enosus homo est. sic servator filius vere hominis, ut Africanus in naturali oratione auctor est. Enosus Maleleelem genuit, is Iaredum. hoc Enochus nascitur. Enochus primus didicit ac docuit literas, ac divinorum arcanorum patefactione dignus est habitus. tum prima quingentorum triginta duorum annorum revolutio perfecta est, annum agente Setho secundum a trecentesimo, Enocho nonagesimum octavum.

Adamus sexcentesimo anno cum resipuisset, patefactione divina de Egregoribus et diluvio edoctus est, ac de poenitentia et incarnatione dei, atque de precibus quae ad deum ab universis creaturis diei ac noctis singulis horis perferuntur ab Urielo, qui angelorum princeps (archangelum Graeci vocant) poenitentiae praepositus est. res ita habet.

τελεῖται ἐν τῷ οὐρανῷ, δευτέρα εὐχὴ ἀγγέλων, τρίτη εὐχὴ πτηνῶν,
τετάρτη εὐχὴ κτηνῶν, πέμπτη εὐχὴ θηρίων, ἕκτη ἀγγέλων παρά-
στασις καὶ διάκρισις πάσης κτίσεως, ἑβδόμη ἀγγέλων εἴσοδος πρὸς
θεὸν καὶ ἔξοδος ἀγγέλων, ὀγδόη αἴνεσις καὶ θυσίαι ἀγγέλων, ἐν-
νάτη δέησις καὶ λατρεία ἀνθρώπου, δεκάτη ἐπισκοπαὶ ὑδάτων καὶ
C δεήσεις οὐρανίων καὶ ἐπιγείων, ἑνδεκάτη ἀνθομολόγησις καὶ ἀγαλ-
λίασις πάντων, δωδεκάτη ἔντευξις ἀνθρώπων εἰς εὐδοκίας. τῷ δὲ
ἐννακοσιοστῷ τριακοστῷ ἔτει Ἀδὰμ ἐκοιμήθη κατ' αὐτὴν τῆς
παραβάσεως ἡμέραν, καὶ εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη ἀπῆλθε, κατα-
λείψας ἄρρενας υἱοὺς λγ' καὶ θυγατέρας κζ'. οὗτος ἡγεμόνευσε
τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων δι' ὅλης αὐτοῦ τῆς ζωῆς. ἡ δὲ ταφὴ
αὐτοῦ κατὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων γέγονε γῆν, ὡς Ἰώσηπος ἱστο-
ρεῖ. τῷ αὐτῷ χρόνῳ καὶ Κάϊν ἀπέθανε, πεσόντος ἐπ' αὐτὸν τοῦ
οἰκήματος, μετ' ἐνιαυτὸν ἕνα τῆς τοῦ Ἀδὰμ τελευτῆς.

Σὴθ μετὰ Ἀδὰμ ἡγεμόνευσε τῶν ἀνθρώπων. οἱ δὲ ἐκ γέ-
νους αὐτοῦ Ἐγρήγορες διακοσιοστῷ χιλιοστῷ τῆς κοσμογενείας
D ἔτει, τεσσαρακοστοῦ δὲ ὄντος τοῦ Ἰάρεδ, αὐτοῦ δὲ τοῦ Σὴθ ἑπτα-
κοσιοστοῦ ἑβδομηκοστοῦ, πλανηθέντες κατέβησαν, καὶ ἔλαβον
ἑαυτοῖς γυναῖκας ἐκ τῶν θυγατέρων τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων
ἤγουν τοῦ Κάϊν, καὶ ἐγέννησαν τοὺς γίγαντας τοὺς ὀνομαστούς.
οἱ δὲ γίγαντες οὗτοι διὰ μὲν τὸν δίκαιον Σὴθ ἐγένοντο ἰσχυροὶ καὶ
μέγιστοι καὶ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος ὑπερμήκεις, τερατώδεις τε

16 διακόσιοι τῷ P

prima diei hora preces peraguntur primae in caelo, secunda preces angelorum, tertia volucrium, quarta iumentorum, quinta bestiarum: sexta angeli assistunt, omnesque discernuntur creaturae; septima ad deum angeli intrant et exeunt ; octava laudatio et sacrificia angelorum, nona precatio et cultus ab hominibus, decima aquarum inspectio precesque caelestium et terrestrium, undecima mutua confessio et exsultatio omnium, duodecima interpellatio hominum deo accepta. Adamus noningentesimo trigesimo anno vita defunctus est, eadem qua olim deliquerat die; et in terram, unde fuerat desumptus, reversus est, relictis filiis 33, filiabus 27. imperavit autem hic humano generi per totam suam vitam. sepultus est in terra Hierosolymitana, ut Iosephus narrat. eodem tempore Cainus quoque obiit, uno post Adami mortem anno, corruente supra eum domo sua.

Post Adamum Sethus humano generi praefuit. anno ab origine mundi 1200, qui fuit Iaredo vitae annus quadragesimus, Setho septingentesimus septuagesimus, Egregores Sethi progenies errore ducti descenderunt, ac sibi mulieres de filiabus hominum sive Caini desumpserunt, atque gigantes illos celebres generaverunt. gigantes hi propter iustum Sethum fuerunt robusti ac vastissimis corporibus, monstrosique

καὶ ἀπευκτοί (ὅθεν καὶ τὴν προσωνυμίαν ἐσχήκασι), διὰ δὲ τὸν βέβηλον Κάϊν ἄλκιμοι καὶ κραταιότατοι καὶ στερροὶ καὶ τὴν ἀλκήν, τὸν δὲ τρόπον φονικώτατοι καὶ ἀσεβέστατοι καὶ ἀσελγέστατοι· οὓς καὶ δρακοντόποδάς τινες προσηγόρευσαν, ἢ ὡς τεθηριωμένους P 10 ταῖς γνώμαις καὶ μηδὲν ἀγαθὸν λογιζομένους, ἢ ὥς τινες ἱστοροῦσιν, ὅτι πόλεμον ἔχοντες μετά τινων οἰκούντων ἐν ὑψηλοῖς, εἶτα χερσὶ καὶ ποσὶ καὶ κοιλίαις ὡς δράκοντες ἀνέρποντες κατ' αὐτῶν, ὑφ' ὧν καὶ πολλοὶ πολλάκις ἄνωθεν ἀνῃροῦντο βαλλόμενοι, δρακοντόποδες ἐκέκληντο. τούτων οὐκ ὀλίγους μὲν σφαίραις πυρὸς ἤτοι κεραυνοῖς οὐρανόθεν ὁ ὕψιστος ἐξανάλωσε βαλών· ἀνεπαισθήτους δὲ τοὺς περιλοίπους καὶ ἀδιορθώτους ἐπιμένοντας κατακλυσμῷ μετὰ ταῦτα τοὺς πάντας ἐξανάλωσεν ὁ θεός. οὗτοι ὤμοσαν ἐν τῷ ὄρει τῷ Ἑρμονιεὶμ ἐκλέξασθαι γυναῖκας ἀπὸ τῶν B υἱῶν τῶν ἀνθρώπων ἤγουν τῆς τοῦ Κάϊν γενεᾶς, καὶ ἐκάλεσαν τὸ ὄρος Ἑρμών, καθότι ὤμοσαν καὶ ἀνεθεμάτισαν ἀλλήλους ἐν αὐτῷ. οὗτοι διδάσκουσι τὰς γυναῖκας αὐτῶν φαρμακείας καὶ ἐπαοιδίας. καὶ πρῶτος Ἀζαὴλ ὁ δέκατος ἄρχων αὐτῶν (καὶ γὰρ οἱ ἄρχοντες τῶν κατελθόντων διακόσιοι ἦσαν) ἐδίδαξεν αὐτοὺς ποιεῖν μαχαίρας καὶ θώρακας καὶ πᾶν σκεῦος πολεμικόν, καὶ τὰ ἐκ τῶν μετάλλων τῆς γῆς, οἷον χρυσίον ἀργύριον καὶ τὰ λοιπά. καὶ ἕκαστος ὁμοίως, ὁ μὲν καλλωπισμὸν σώματος, ὁ δὲ ἐκλεκτοὺς λίθους καὶ τὰ βαφικά, ὁ δὲ ῥίζας βοτανῶν, ὁ δὲ σοφίαν καὶ ἐπαοιδῶν λυτήρια, ὁ δὲ ἀστρονομίαν καὶ ἀστροσκοπίαν, ἄλλος C

ob id et abominandi, unde et nomen iis impositum, propter impium vero Cainum validi, fortissimi et firmissimo robore, vita homicidiis et impietati ac lasciviae deditissima. quidam hos anguipedes cognominarunt, sive quod venenatae bestiae in morem efferatus eorum animus nullaque bona erat cogitatio, sive quod, ut nonnulli memoriae prodiderunt, bellum cum quibusdam in excelso habitantibus gerentes manibus pedibus ac in ventrem proni anguium in modum sursum reptassent. a quibus etiam saepe multi desuper telis coniectis interfecti sunt. horum multos caelitus deus igneis globis sive fulminibus ictos absumpsit: cum autem reliqui nullo poenae sensu moverentur neque quicquam de flagitiosa vita desciscerent, postea diluvio universos sustulit. hi in monte Hermonim coniuraverunt se uxores ex filiabus hominum seu progenie Caini sibi delecturos; montique id nomen indidere, quod in eo coniurassent seque diris mutuo obstrinxissent. hi suas uxores veneficia et incantationes docuerunt; primusque Azaelus, decimus ipsorum princeps (nam eorum qui descenderunt principes ducenti erant), docuit eos gladios ac thoraces fabricari omniaque instrumenta bellica, tam ex visceribus terrae aurum argentum et reliqua metalla eruere. similiter quivis principum aliquid docuit: alius corporis exornationem, alius pretiosos lapides et tincturas, alius radices herbarum, alius sapientiam et ea quae incantationes inefficaces redderent, alius astronomiam et siderum observationem, alius

ἀστρολογίαν, ὁ δὲ ἀεροσκοπίαν, ὁ δὲ σημεῖα γῆς, ἄλλος ἡλίου καὶ σελήνης. ὥστε οὐδὲ Βαβυλωνίων ἦν οὐδὲ Χαλδαίων βασιλεία, ὡς τῷ Βηροσσῷ καὶ τοῖς ἑπομένοις δοκεῖ πρὸς ἀνατροπὴν τῶν θείων γραφῶν, οὔτε Αἰγυπτίων δυναστεία, ὡς τῷ Μανέθῳ ψευδομένῳ καὶ μεγαλύνοντι τὸ τῶν Αἰγυπτίων ἔθνος· ἡ γὰρ ἀρχὴ τῆς τῶν Βαβυλωνίων βασιλείας ἤτοι Χαλδαίων ἀπὸ Νεβρὼθ τοῦ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν εἰς ἔτη ἑξακόσια τριάκοντα ἀκμάσαντος γέ-
D γονεν. οἵτινες δὲ ἄλλως περὶ τούτων μυθικώτερον γεγράφασιν, ἀπὸ τῶν θεοπνεύστων ἡμῶν γραφῶν κλέψαντες γεγράφασιν ἰδιοποιησάμενοι· δι' ὧν οἱ ἁπλούστεροι καὶ τοῖς λοιποῖς τούτων ληρήμασι προσέχοντες εὐχερῶς βλάπτονται.

Ὅτι τῷ αυπη' ἔτει τοῦ κόσμου Ἐνὼχ μετετέθη ἐν τῷ παραδείσῳ, τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε χρόνων γενόμενος. εὐηρέστησε τῷ θεῷ· καὶ οὐχ ηὑρίσκετο διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός.

Ὅτι κατὰ τοὺς λεγομένους γεωμέτρας, ἐστὶ τὸ ἥμισυ τῆς κατοικουμένης τῆς εἰς τὸ μῆκος μίλια χιλιάδες δώδεκα, εἰς δὲ τὸ πλάτος μίλια χιλιάδες δέκα ἕξ.

Ὅτι τὰ ὄρη Ἀραρὰτ ἴσμεν ἐν Παρθίᾳ τῆς Ἀρμενίας εἶναι· τινὲς δέ φασιν, ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας.

P 11 Ὅτι ἐπὶ ἑκατὸν χρόνοις ἐσκευάζετο ἡ κιβωτός, ἐπληρώθη δὲ τῷ φϙθ' ἔτει τῆς ζωῆς τοῦ Νῶε, μηνὶ τινὶ Μαΐῳ κς', ἡμέρᾳ πρώτῃ· ὁ πῆχυς δὲ τῆς κιβωτοῦ ὀργυιὰ μεγίστη ἐστὶ κατ' Αἰγυ-

astrologiam, alius aëris considerationem, alius terrae signa, alius solis et lunae. itaque tum neque Babyloniorum erat neque Chaldaeorum regnum, ut Berosso et eum secutis contra sacras literas placuit; neque Aegyptiorum principatus, ut Manetho tradidit, Aegyptiorum gentem extollendi studio mentiens. etenim principium regni Babyloniorum sive Chaldaeorum a Nemrodo ducitur, qui ad annos 630 post diluvium floruit. quicunque vero de his fabulosius scripserunt, ii quae ex divinitus inspirata nostra scriptura suffurati erant, sibi vindicarunt; propter quae simpliciores etiam reliquis eorum nugis animum attendentes facile decipiuntur.

Anno mundi 1488 Enochus in paradisum est translatus, annos natus 365: erat enim deo acceptus. "et non inveniebatur, quia deus eum transtulit."

Geometrae tradunt dimidiam partem terrae quae inhabitatur, miliaria in longum duodecies milia patere, in latum miliaria decies ac sexies milia.

Montes Ararat scimus in Parthia Armeniae esse. quidam aiunt apud Celaenas Phrygiae oppidum.

Arca Noae centum annis constructa est, absoluta anno vitae Noae uno de sexcentesimo, mense Maio, vigesima sexta die, prima septimanae die. cubitus autem quo eam mensus est, maxima est Aegyptiis ulna.

πτίους. μ' δὲ ἡμέρας κατήρχετο ὁ ὑετὸς καὶ μ' νύκτας. Ἀπριλλίῳ δὲ μηνί, ἡμέρᾳ πρώτῃ τῆς ἑβδομάδος, ἐξῆλθε Νῶε ἐκ τῆς κιβωτοῦ. τινὲς δέ, καθ' ἣν ἡμέραν ἐκλείσθη πρῶτον ἡ κιβωτός, κατ' αὐτὴν τῷ ἐπιόντι καιρῷ ἀνοιγῆναί φασιν, ἐν τῷ δισχιλιοστῷ διακοσιοστῷ τεσσαρακοστῷ τρίτῳ ἔτει τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως. καὶ θυσίας προσάγων τῷ θεῷ ἱκετεύει μηκέτι ποιεῖν κατακλυσμόν. ἀποδεξάμενος οὖν ὁ θεὸς τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν ὑπέσχετο τοῦτο, σημεῖον ἐπιθεὶς τὸ τόξον τῆς ἴριδος. B

Ὅτι ὁ Νῶε Ξίσουθρος παρὰ Χαλδαίοις ἐλέγετο.

Ὅτι πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ οὔτε ἔθνος ἦν οὔτε βασιλεία· ἐτῶν δὲ περίοδος ἦν. περιέχεται δὲ ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν ἀποκρύφων Ἐνὼχ ὅτι Οὐριὴλ ὁ ἄγγελος ἐμήνυσε τῷ Ἐνώχ, τί ἐστι μὴν καὶ τροπὴ καὶ ἐνιαυτός, καὶ τὸν ἐνιαυτὸν ἔχειν νβ' ἑβδομάδας.

Ὅτι ἡ Αἴγυπτος ὑπὸ τοῦ Μεστρὲμ τοῦ δευτέρου υἱοῦ Χὰμ κατὰ τὴν γραφήν, θείου δὲ τοῦ Νεβρώδ, υἱοῦ Χοῦς, υἱοῦ Χὰμ τοῦ πρώτου, οἰκισθεῖσα καὶ βασιλευθεῖσα ἕως τοῦδε παρ' Ἑβραίοις καὶ Σύροις καὶ Ἄραψι Μεστραία καλεῖται.

Ὅτι τῷ δισχιλιοστῷ διακοσιοστῷ πεντηκοστῷ πρώτῳ ἔτει Νῶε ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα ἐν ὄρει Λουβὰν τῆς Ἀρμενίας, θύσας τε τῷ θεῷ καὶ πιὼν οἶνον ἐγυμνώθη. C

Ὅτι ἡγεμονεύοντος Νεβρὼδ ἐκτίσθη ἡ Βαβυλὼν καὶ ὁ πύργος ἐπὶ χρόνοις τεσσαράκοντα τρισίν. ἦν δὲ Νεβρὼδ υἱὸς μὲν τοῦ Χάμ, ἔκγονος δὲ Ἐνώχ. ἐκαλεῖτο δὲ ὁ Νεβρὼδ καὶ Εὐήχιος.

quadraginta dies totidemque noctes pluvia decidit. prima die septimanae mensis Aprilis Noa egressus est ex arca. quidam eadem die qua ante annum clausa fuerat, apertam arcam asserunt, anno ab origine mundi 2243. tum Noa deum re sacra facta deprecatus est ne posthac diluvium terrae immitteret. probans autem deus hominis eius virtutem, ita fore pollicitus est, tesserae loco arcum qui Iris dicitur constituens.

Noa Chaldaeis Xisuther dictus fuit.

Ante diluvium neque gens ulla fuit neque regnum, annorum autem circuitio erat. in libro occultorum Enochi continetur scriptum, Urielum angelum Enocho indicasse quid mensis sit, quid solstitium, quid annus; ac annum quidem 52 constare septimanis.

Aegyptus a Mezromo, secundo Chami filio (auctore scriptura), patruo autem Nemrodi (nam is Chusum, qui primus Chami filius fuit, patrem habuit) culta ac regnata ad haec usque tempora ab Ebraeis Syris et Arabibus Mezraea nominatur.

Noa bis millesimo ducentesimo quinquagesimo primo anno vineam plantavit in Lubano Armeniae monte; cumque deo rem sacram fecisset ac vinum bibisset, nudus iacuit.

Nemrodo imperante Babylon aedificata est et turris annis 43. Nemrodus Chami filius fuit, et ab Enocho genus duxit. eidem Nemrodo et-

ἦσαν δὲ τὰ πάντα τῶν οἰκοδομούντων ἔθνη ἑβδομήκοντα, φωνὴ δὲ αὐτοῖς πᾶσιν ὑπῆρχε μία. Νεβρὼδ δὲ αὐτοῖς ὁ γίγας, ὁ τοῦ Αἰθίοπος Χοῦς υἱός, εἰς βρῶσιν ἀγρεύων ἐχορήγει ζῶα. ὁ δὲ τοῦ
D Σάλα υἱὸς Ἕβερ ἐγκεχείριστο τὴν οἰκοδομὴν ἔτει γ´. εἶτα τῶν γλωσσῶν συγχυθέντων ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ πάντων διασκορπισθέντων, αὐτὸς ὁ Νεβρὼδ ἐκεῖ κατῴκει μὴ ἀφιστάμενος τοῦ πύργου, μερικοῦ τινὸς πλήθους βασιλεύων· ἐφ᾽ ὃν ὁ πύργος ἀνέμῳ βιαίῳ, ὥς ἱστοροῦσί τινες καὶ αὐτὸς Ἰώσηπος, καταπεσὼν συνετρίβη, καὶ θείᾳ κρίσει τοῦτον ἐπάταξεν. αὕτη πρώτη βασιλεία ἐπὶ τῆς γῆς, ἀφ᾽ οὗ ἐπλάσθη ὁ Ἀδάμ, γέγονεν· οἱ δὲ λέγοντες καὶ ἄλλα γεγονέναι ψεύδονται. ἐκ τούτου γεννᾶται Ἀσσούρ, ὃς οἰκοδομεῖ τὴν Νινευὶ καὶ τὴν Ῥοβὼθ καὶ τὴν Χαλὰχ τὰς πόλεις. καὶ φανερόν ἐστιν ὅτι μετὰ χλ´ ἔτη τοῦ κατακλυσμοῦ γέγονεν ἡ ἀρχὴ τῆς βασι-
P 11b λείας Χαλδαίων ἤτοι Βαβυλωνίων διὰ Νεβρώδ. φασὶ δὲ ὅτι μόνος ὁ Ἕβερ ὁ τοῦ Φάλεκ πατὴρ οὐ συνέθετο τῇ πράξει τῆς πυργοποιίας· διὸ καὶ τῆς τῶν ἄλλων φωνῆς συγχεθείσης ἡ τοῦ Ἕβερ οὐκ ἀπώλετο. αὕτη δέ ἐστιν ᾗ καὶ Ἀδὰμ ἐλάλει· καὶ ταύτην οἱ τοῦτον διαδεξάμενοι ἀπόγονοι πατρωνυμικῶς ἑαυτοὺς Ἑβραίους προσηγόρευσαν καὶ Ἑβραΐδα τὴν φωνὴν ἐκάλεσαν. τεκμήριον δὲ ταύτην εἶναι τὴν πρὸ τῆς συγχύσεως φωνὴν τὰ τῶν παλαιῶν ὀνόματα· ἐφ᾽ ὧν γὰρ κατ᾽ οὐδεμίαν γλῶσσαν ἔστι τὸ σημαινόμενον ἐπιλύσασθαι, κατ᾽ αὐτὴν τὸ ζητούμενον ἑρμηνεύεται· οἷον Ἀδὰμ καθ᾽ ἑτέραν μὲν οὐδεμίαν φωνὴν τὸ δηλούμενον εὑρίσκεται, κατὰ

iam Euechius nomen fuit. qui turrim aedificaverunt, ex septuaginta omnino nationibus fuerunt collecti: omnes autem eodem sermone utebantur. quibus Nemrodus gigas, Chusi Aethiopis filius, in cibum feras venando suppeditabat. ceterum Eberus Sale filius aedificationi praefectus fuit anno termillesimo. postea cum deus sermonem confudisset hominesque dissipati essent, ipse Nemrodus ibi habitavit, a turri non digressus, ac multitudini, quae prioris istius pars aliqua erat, imperavit. turris vi venti, ut cum alii tum ipse etiam Iosephus narrant, deiecta ac comminuta divino iudicio Nemrodum percussit. id primum ab Adamo condito regnum in terra fuit; ac mentiuntur qui plura fuisse referunt. Nemrodo Assur genitus est, qui Niniven Rhobotam et Chalacham urbes condidit. manifestum vero est annis a diluvio 630 a Nemrodo Chaldaeorum sive Babyloniorum regnum institutum fuisse. aiunt solum Eberum, Phaleci patrem, in substructionem turris non consensisse: itaque etiam reliquorum linguis confusis Eberi sermo integer permansit. ea est lingua qua Adamus usus fuit; et ab hoc posteri Eberi se gentilicio nomine Ebraeos ac linguam Ebraicam nominaverunt. fuisse hanc linguam ante confusionem certo indicant veterum nomina, quae quid significent cum nulla alia lingua explicari possit, Ebraica lingua interpretationem suggerit. verbi gratia, Adamus nullo alio sermone quicquam, Ebraica autem hominem

δὲ ταύτην ἄνθρωπος ἑρμηνεύεται· καὶ ἡ τοῦ Νῶε προσηγορία δι- B καιοσύνην σημαίνει, καὶ Χοὺς Αἰθίοψ, καὶ Μεστρὲμ Αἴγυπτος, καὶ Φαλὲκ μερισμός, καὶ Βαβυλὼν σύγχυσις.

Ὅτι μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἕως τῆς διασπορᾶς μόνοι οἱ τρεῖς ἡγήσαντο τῶν πολλῶν εὐσεβῶς, Νῶε Σὴμ καὶ Ἀρφαξὰδ ὁ υἱὸς τοῦ Σήμ, ἔτη φλδʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἔτος ἦν βψοςʹ· τῷ γὰρ βφϟβʹ ἔτει καὶ Νῶε ὁ δίκαιος ἐκοιμήθη, ὢν ἐτῶν ἐννακοσίων πεντήκοντα. τῶν δὲ φλδʹ χρόνων ὁ ἀριθμὸς οὗτος· Νῶε τὰ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη τνʹ, Σὴμ ἔτη ρνʹ, καὶ Ἀρφαξὰδ ἔτη λγʹ, ὁμοῦ ἔτη φλγʹ, τῆς ἀρχῆς τῶν ἄλλων ἐν τῷ τετάρτῳ χρόνῳ λαμβανομένης. συγγραφεῖς δὲ τῶν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων οὗτοι, Μάνεθος ὁ C τὴν τῶν Αἰγυπτίων ποιησάμενος συγγραφήν, Βηροσσὸς ὁ τὰ Χαλδαϊκὰ συναγαγών, Μῶχός τε καὶ Ἑστιαῖος, καὶ πρὸς τούτοις Αἰγύπτιος Ἱερώνυμος. οἱ δὲ τὰ Φοινικὰ συγγραψάμενοι Ἡσίοδός τε καὶ Ἑκαταῖος, Ἑλλάνικος καὶ ὁ Ἀκουσίλαος, Ἔφορός τε καὶ Νικόλαος.

Τῷ βφοβʹ ἔτει τοῦ κόσμου, ἐνακοσιοστῷ τριακοστῷ ἔτει τοῦ Νῶε, κατὰ θεῖον δηλονότι χρησμὸν ἐμέρισε Νῶε τοῖς τρισὶν υἱοῖς αὐτοῦ τὴν γῆν οὕτω. Σὴμ τῷ πρωτοτόκῳ αὐτοῦ υἱῷ, ἄγοντι ἔτος τετρακοσιοστὸν τριακοστὸν πρῶτον, ἔδωκεν ἀπὸ Περσίδος καὶ Βάκτρων ἕως Ἰνδικῆς μῆκος, πλάτος δὲ ἀπὸ Ἰνδικῆς ἕως Ῥινο- D κουρούρων τῆς Αἰγύπτου, ἤτοι τὰ ἀπὸ ἀνατολῆς ἕως μέρους τῆς μεσημβρίας, τήν τε Συρίαν, ἣ καὶ Ἰουδαῖα λέγεται (καὶ γὰρ καὶ οἱ παλαιοὶ Σύρους τοὺς Παλαιστηνοὺς ὠνόμαζον), καὶ Μηδίαν,

notat. sic Noa iustitiam, Chus Aethiopem, Mesromus Aegyptum, Phalecus divisionem, Babylon confusionem.

A diluvio usque ad dispersionem tantum hi tres multitudini pie praefuerunt, Noa Semus et huius filius Arphaxadus, annis 534, ad annum mundi 2776. mortuus enim est Noa iustus anno 2592, annos natus 950. porro 534 quos diximus, anni sic numerantur. Noa post diluvium annos 350, Semus annos 150, Arphaxadus annos 33 summa anni 533, initio reliquorum in 4 supra 530 anno sumpto. qui res Aegyptiacas et Chaldaicas conscripserunt, hi sunt. Manethus scripsit Aegyptiaca, Berossus Chaldaica collegit, tum Mochus et Hestiaeus, ac praeter hos Hieronymus Aegyptius. Phoenicum res conscripserunt Hesiodus, Hecataeus, Hellanicus, Acusilaus, Ephorus et Nicolaus.

Anno ab origine mundi 2572 Noa annum aetatis agens 930, oraculo nimirum divinitus accepto tribus suis filiis terram distribuit, hoc modo. Semo primogenito suo filio, annum aetatis quadringentesimum trigesimum primum agenti, dedit quicquid terrae in longum a Perside et Bactris usque ad Indiam porrigitur, in latum ab India usque ad Rinocorura Aegypti, sive quae ab ortu solis sunt usque ad plagam meridionalem, Syriam nempe, quae et Iudaea dicitur (nam antiqui Syros vocabant Palaestinos), et Mediam, et Euphratem fluvium designavit, qui limites Semi

καὶ ποταμὸν διορίζοντα αὐτοῦ τὰ ὅρια τὸν Εὐφράτην. Χαμ δὲ τῷ δευτέρῳ αὐτοῦ υἱῷ, ἄγοντι ἔτος υζ΄, ἔδωκε τὴν πρὸς νότον καὶ λίβαν καὶ μέρος τῆς δύσεως ἀπὸ Ῥινοκουρούρων τῆς Αἰγύπτου, Αἰθιοπίαν καὶ Αἴγυπτον καὶ Λιβύην, Ἀφρικὴν καὶ Μαυριτανίαν, ἕως Ἡρακλείων στηλῶν ἤτοι ἕως τοῦ δυτικοῦ καὶ Λιβυκοῦ ὠκεα-
P 12 *νοῦ, ποταμὸν δὲ διορίζοντα τὸν Νεῖλον, ὃς καὶ Γεὼν καὶ Χρυσορρόας λέγεται. Ἰάφεθ δὲ τῷ τρίτῳ αὐτοῦ υἱῷ, ἄγοντι ἔτος υκε΄, ἀπὸ Μηδίας τὰ πρὸς ἄρκτον καὶ δυσμὰς ἕως Γαδείρων καὶ Βρεττανικῶν νήσων, Ἀρμενίαν Ἰβηρίαν Πόντον Κόλχους καὶ τὰς κατ' Ἰόπην χώρας καὶ νήσους ἕως Ἰταλίας καὶ Γαλλιῶν Ἱσπανίας τε καὶ Κελτιβηρίας καὶ Λυσιτανῶν. οὕτω μερίσας καὶ ἐγγράφως διαθέμενος, ὥς φασιν, ἐπαναγνούς τε αὐτοῖς τὴν διαθήκην αὐτοῦ ἐσφραγίσατο, παρ' ἑαυτῷ κατασχὼν ἕως τοῦ ͵βφϙβ΄ ἔτους ἀπὸ Ἀδάμ, ἐν ᾧ καὶ ἐκοιμήθη. μέλλων δὲ τελευτᾶν ἐνετείλατο τοῖς τρισὶν υἱοῖς αὐτοῦ μηδένα ἐπελθεῖν τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ ὁρίοις καὶ ἀτάκτως ἐνεχθῆναι πρὸς τὸν ἕτερον, ὡς τούτου γενησομένου*
B *αἰτίου στάσεως αὐτοῖς καὶ πολέμων τῶν πρὸς ἀλλήλους. τὴν δὲ διαθήκην αὐτοῦ δέδωκε τῷ Σὴμ ὡς πρωτοτόκῳ υἱῷ καὶ θεοφιλεστέρῳ, ὃς καὶ τὴν ἡγεμονίαν διεδέξατο μετ' αὐτὸν καὶ τὰς ἐξαιρέτους τῶν παρ' αὐτοῦ εὐλογιῶν ἐκληρώσατο, ὡς καὶ ἐν τῇ Γενέσει φέρεται. καὶ ἐκοιμήθη ἐν ὄρει Λούβαρ.*

Ἐν δὲ τῷ ͵βψϙα΄ ἔτει τοῦ κόσμου, ἤτοι μετὰ διακόσια ἔτη τῆς τελευτῆς Νῶε, νεωτερίσας ὁ τοῦ Χὰμ υἱὸς Χαναὰν ἐπέβη τοῖς

definiret. Chamo autem secundo suo filio, annum agenti quadringentesimum septimum, terram addixit quae Austro et Africo est exposita, et partem Occidentis, a Rinocoruris Aegypti, Aethiopiam Aegyptum Libyam Africam Mauritaniam, usque ad columnas Herculis, seu usque ad occiduum ac Africum oceanum fluvium, qui eius dicioni terminus esset, Nilum constituit, qui idem Geon et Chrysorrhoas (quasi aurifluus) appellatur. Iapeto tertio filio annum agenti 425, attribuit quicquid a Media ad septentrionem et solis occasum pertinet, usque ad Gades insulasque Britannicas, Armeniam Iberiam Pontum Colchos atque ulteriores regiones atque insulas usque ad Italiam, Gallias Hispaniam Celtiberiam et Lusitanos. cum ad hunc modum divisisset scriptoque suam voluntatem testatus esset, ut perhibent, id illis recitavit, atque post obsignatum penes se detinuit usque ad annum ab Adamo 2592, quo vitam finivit. moriturus tribus filiis suis mandavit ne quis eorum fratris regionem invaderet eumve iniuria aliqua afficeret: alioquin hoc eis discordiarum et bellorum intestinorum causam allaturum. testamentum Semo quippe aetate ac pietate praestanti tradidit: is ei in imperio successit, atque eximias prosperitates, quas ei precatus fuerat pater, hereditate consecutus est, quod etiam in Genesi scriptum exstat. humatus est in monte Lubaro.

Anno mundi 2791, annis ab obitu Noae ducentis, Chami filius Cha-

ὁρίοις τοῦ Σὴμ καὶ κατῴκησεν ἐκεῖ, παραβὰς τὴν ἐντολὴν Νῶε, σὺν τοῖς ἐξ αὐτοῦ γενομένοις ἔθνεσιν ἑπτά, Ἀμορραίοις Φερεζαίοις Εὐαίοις Γεργεσαίοις Ἰεβουζαίοις καὶ Χαναναίοις· οὓς διὰ Μωσέως C καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἐξωλόθρευσεν ὁ θεός, καὶ μετά τινας καιροὺς διὰ τῶν κριτῶν ἀπέδωκε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὴν πατρῴαν γῆν, δίκαιος καὶ ἐν τούτῳ φανεὶς ὁ θεός, ὡς ἐκ τοῦ Σὴμ καταγομένοις διὰ γενεῶν λη΄. ἐτῶν χιλίων ἑξακοσίων ὀγδοήκοντα ἑπτά. . . . ἕως Μαστουσίας τῆς κατὰ Ἴλιον. αἱ χῶραι δὲ αὐτῶν Μηδία, P 14 Ἀλβανία, Ἀρμενία μικρὰ καὶ μεγάλη, Ἀμαζονίς, Παφλαγονία, Καππαδοκία, Γαλατία, Κολχίς, Βοσπορηνοί, Μαιῶτις, Δέρρις, Σαρματία, Ταυριανοί, Βακτριανοί, Σκυθία, Θρᾴκη, Μακεδονία, D Ἑλλάς, Θετταλία, Βοιωτίς, Λοκρία, Αἰτωλία, Ἀχαΐα, Πελοπόννησος, Ἀκαρνανία, Ἠπειρῶται, Ἰλλυρίς, Λυχνῖται, Ἀδριακή, ἀφ᾽ ἧς τὸ Ἀδριατικὸν πέλαγος ἐκλήθη, Καλαβρία, Ἰταλία, Γαλλία, Θουσκηνή, Λυσιτανία, Κελτική, Μασσαλία, Κελτογαλλία, Ἰβηρία, Ἱσπανία ἡ μεγάλη καὶ μικρά. ἐνταῦθα καταλήγει τὰ ὅρια τοῦ Ἰάφεθ, ἕως Βρεττανικῶν νήσων τὰ πρὸς βορρᾶν βλέποντα. ἔχει δὲ νήσους Βρεττανίαν, Σικελίαν, Εὔβοιαν, Ῥόδον, Χίον, Λέσβον, Κύθηραν, Ζάκυνθον, Κεφαληνίαν, Ἰθάκην, καὶ τὰς Κυκλάδας, καὶ μέρος τῆς Ἀσίας τὴν Ἰωνίαν καλουμένην, P 14b ποταμὸν δὲ Τίγριν, διορίζοντα μεταξὺ Μηδίας καὶ Βαβυλωνίας. ἐν τούτοις οὖν πληροῦται τὰ τοῦ Ἰάφεθ ὅρια διὰ τὸ εἰρη-

4 κατά P 6 καταγομένης P 7 post ἑπτά desunt quae apud Syncellum leguntur ed. Bonn. p. 84 v. 4 — p. 93 v. 5, ὃ καὶ ἔφθασεν — Ταναΐδος ποταμοῦ.

naan novas res molitus Semi fines ingressus est contra Noae praeceptum, cum septem ex se ortis gentibus Amorraeis Chettaeis Pherezaeis Evaeis Gergesaeis Iebusaeis et Chananaeis; quas gentes deus per Mosem et Iesum Nauae filium excidit, ac suo deinde tempore Iudicum opera filiis Israeli avitam terram reddidit, etiam in hoc suam iustitiam declarans. nam Israelitae per gradus propagatae gentis 38 a Semo orti erant, annis 1687. usque ad Mastusiam Ilio oppositam. regiones autem eorum sunt, Media, Albania, Armenia maior et minor, Amazonum regio, Paphlagonia, Cappadocia, Galatia, Colchis, Bosporeni, Maeotis, Derris, Sarmatia, Tauriani, Bactriani, Scythia, Thracia, Macedonia, Graecia, Thessalia, Boeotia, Locris, Aetolia, Achaia, Peloponnesus, Acarnania, Epirus, Illyricum, Lychnitis, Adria, unde mari Adriatico nomen factum: Calabria, Italia, Gallia, Etruria, Lusitania, Celtica, Massilia, Celtogallia, Hispania maior et minor. ibi fines Iapeti terminantur, qua septentriones respiciunt usque ad Britannicas insulas. habet autem insulas, Britanniam, Siciliam, Euboeam, Rhodum, Chium, Lesbum, Cythera, Zacynthum, Cephaleniam, Ithacam, ac Cyclades, et Asiae partem quae Ionia appellatur. pro termino est Tigris fluvius, qui Mediam a Babylonia dividit. his ergo implentur fines Iapeti, quia est in scriptura "amplificet

κέναι τὴν γραφὴν "πλατύναι ὁ θεὸς τῷ Ἰάφεθ·" τὴν πᾶσαν γὰρ Εὐρώπην καὶ μέρος οὐ μικρὸν τῆς μεγάλης Ἀσίας ἀπηνέγκατο· διὸ καὶ εἴρηται "καὶ κατασκηνῶσαι ἐν τοῖς σκηνώμασι τοῦ Σήμ." οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ κατὰ ἀναγωγικὸν τρόπον, ὅτι πᾶσα ἡ μερὶς τοῦ Ἰάφεθ σχεδὸν τῷ βαπτίσματι καὶ τῇ εἰς Χριστὸν πίστει προσετέθη, ἅτινά ἐστι σκηνώματα τοῦ Σήμ, ἐπεὶ καὶ ἐξ αὐτοῦ ὁ
B Ἀβραὰμ καὶ οἱ πατριάρχαι, ἐξ ὧν καὶ αἱ λοιπαὶ γενεαρχίαι ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου σαφῶς γενεαλογοῦνται. τοῦ δὲ Χὰμ πλεῖστα μέχρι καὶ νῦν ἔθνη ἐστὶν ἐν ἀποστασίᾳ, κατά γε τὰς Ἰνδίας καὶ Αἰθιοπίας καὶ Μαυριτανίας· ἐν οἷς καὶ αἱ Ἀρραβίαι καὶ Ἰδουμαία κατὰ θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ θρασύνονται, τῇ τοῦ Χὰμ καὶ τοῦ Χαναὰν κατάρᾳ καθυποβεβλημένοι· διὸ καὶ παῖδα οἰκέτην τὸν Χὰμ τοῦ Σὴμ καὶ τοῦ Ἰάφεθ ἡ γραφὴ ἀπεφήνατο, διὰ τοῦ Χαναὰν τοῦ υἱοῦ καὶ αὐτὸν σημαίνουσα.

Ὅτι δύο κατακλυσμοὶ κατὰ τὴν Ἑλλάδα γῆν διαβεβοημένοι
C γεγόνασι, πρῶτος μὲν ἐπὶ Ὠγύγου ἐν τῇ Ἀττικῇ, χρόνοις δὲ ὕστερον σμη' ἐν Θετταλίᾳ ἐπὶ Δευκαλίωνος βασιλεύοντος Ἀθήνησι, δευτέρου Κραναοῦ αὐτόχθονος. τούτου τοῦ κατακλυσμοῦ, τοῦ ἐπὶ Δευκαλίωνος δηλονότι, δοκοῦσι μεμνῆσθαι καὶ Αἰγύπτιοι, φάσκοντες τὴν χώραν αὐτῶν μὴ κατακεκλύσθαι. καὶ δικαίως φιλονεικοῦσι μὴ κατακεκλύσθαι τότε τὴν Αἴγυπτον· τοπικὸς γὰρ γέγονεν οὗτος ὁ κατακλυσμός. τὸν γὰρ πρότερον ἤτοι τὸν καθολικὸν κατακλυσμὸν οὐδὲ γινώσκουσιν· οὔπω γὰρ ἦν ὁ πατριάρχης

deus Iapetum." universam quippe Europam, et magnae Asiae haud exiguam partem abstulit; ideoque additum est "et habitet in tabernaculis Semi." neque id modo, sed etiam reconditiorem sensum eruendo intelligimus, quod Iapeti fere tota portio baptismum ac fidem in Christum est amplexa, quod per Semi tabernacula notatur, quando etiam Abrahamus a Semo genus duxit atque patriarchae, a quibus perspicue generis propagatio per ordinem usque ad Christum deducitur. at Chami gentes pleraeque etiamnum in defectione a fide Christiana permanent, in Indiis Aethiopiis Mauritaniis, in quibus gentibus etiam Arabiae numerantur ac Idumaea, qui populi omnes adversus deum et sanctos eius ferociunt, exsecrationi cui Chamum et Chanaanem deus obnoxium fecerat addicti. itaque scriptura Chamum Semi et Iapeti servum pronuntiavit, per Chanaanem filium ipso etiam patre Chamo notato.

Duo diluvia in Graecia celebri fama fuerunt, prius in Attica, Ogygi aetate, posterius annis ab eo 248 in Thessalia, Deucalione Athenis regnante, secundo a Cranao indigena. huius sub Deucalione facti diluvii videntur etiam Aegyptii meminisse, dicentes suam terram inundationis expertem fuisse. et quidem recte contendunt Aegyptum tunc diluvium non esse passam, cum id diluvium certo tantum loco substiterit. prius autem diluvium, quod universam terram inundavit, plane ignorant: non-

αὐτῶν γεννηθείς. Χὰμ δὲ ὁ υἱὸς τοῦ Νῶε πατὴρ ἦν Μεστρέμ, D
ἀφ' οὗ Αἰγύπτιοι.

Ὅτι τὸν Νεβρὼδ ἀποθεώσαντες οἱ Ἀσσύριοι ἐν τοῖς ἄστροις τοῦ οὐρανοῦ ἔταξαν, καὶ καλοῦσιν Ὠρίωνα. οὗτος κατέδειξε τὴν κυνηγετικήν· διὸ καὶ τὸν καλούμενον κύνα ἄστρον τῷ Ὠρίωνι συνῆψαν. τοῦτον καλοῦσιν καὶ Κρόνον εἰς τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ πλάνητος.

Ὅτι διαμερισθέντων τῶν ἐθνῶν ἀνεφάνη τις ἀνὴρ Ἰνδός, ἐκ τοῦ γένους Ἀρφαξάδ, τοὔνομα Ἀνδουβάριος, ὃς παρέδωκε τοῖς Ἰνδοῖς ἀστρονομίαν.

Ὅτι τῷ δισχιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ὀγδοηκοστῷ ε' ἔτει διο- P 15
δεύων Καϊνᾶν ἐν τῷ πεδίῳ εὗρε τὴν γραφὴν τῶν γιγάντων καὶ ἔκρυψε παρ' ἑαυτῷ, καὶ αὐτὸς μὲν ἐν αὐτοῖς ἐξημάρτανε, καὶ τοὺς ἄλλους τὴν αὐτὴν ἀτοπίαν ἐξεπαίδευσεν. οἱ δὲ τὸν Σάλα φασὶ ταύτην εὑρηκέναι.

Ὅτι ἐν τῷ ὄρει τοῦ Λιβάνου ἰχθύες θαλάσσης εὑρέθησαν, ἐν κοίλοις τόποις ὑδάτων, τὴν τοῦ κατακλυσμοῦ πιστούμενοι πανωλεθρίαν.

Ὅτι πρῶτος Λάμεχ πρὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς τελευτᾷ, ἤγουν τοῦ Μαθουσάλα.

Ὅτι ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ, κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα, ἔτη ͵βσμβ', οἷς καὶ ἡ ἀλήθεια ἐπιμαρτυρεῖ καὶ αἱ ἀνέκαθεν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις ἐπικρατήσασαι παραδόσεις, ἐπὶ δὲ B

dum enim tum natus fuerat conditor gentis eorum Chamus, filius Noae, pater Mezromi, a quo Aegyptii sunt orti.

Nemrodo Assyrii divinam adscribunt naturam, inter sidera caelestia collocantes et Orionem vocantes. hic venandi artem primus protulit. itaque Orioni sidus, quod Canis vocatur, adiungunt. quin et Saturni, stellae illius erraticae, nomen ei tribuunt.

Dissipatis gentibus Indus quidam ab Arphaxado genus ducens exstitit, nomine Andubarius; isque Indis astronomiam tradidit.

Anno ab origine mundi 2585 Cainanus campum peragrans scripturam gigantum repperit, eamque penes se occultavit, et cum ipse ea tractanda deliquit, tum alios absurda ista docuit. alii a Sala fuisse eam scripturam repertam asserunt.

In monte Libano pisces marini inventi sunt, in cavis quae aquas receperant, internecionem omnium animalium, quae diluvio accidit, testificantes.

Primus Lamechus suo patre Mathusala prior mortuus est.

Ab Adamo usque ad diluvium de sententia septuaginta interpretum anni numerantur 2242. quibus et veritas adstipulatur et traditiones, quarum auctoritas ab antiquo per omnes invaluit ecclesias. ad annum

τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη γτιβ΄. καὶ μετὰ ἕτερα οε΄ ἔτη ἐξῆλθεν ἐκ Χαρράν, παροικήσας εἰς γῆν Χαναὰν τὴν νῦν Παλαιστίνην λεγομένην.

Ὅτι ὁ Φάλεκ πρὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ἔβερ τελευτᾷ, συνάγεται δὲ τὰ πάντα ἔτη ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἐπὶ τὴν τοῦ Φάλεκ τελευτὴν ἔτη τρισχίλια. ἔνθεν ἀρχὴν τῶν Ἑλληνικῶν θεῶν λαμβάνουσι τὰ ὀνόματα.

Ἐγεννήθη δὲ ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Σὴμ ἀνὴρ ὄνομα Χοῦς Αἰθίοψ, ὃς ἐγέννησε τὸν Νεβρὼδ τὸν τὴν Βαβυλῶνα κτίσαντα, τὸν
C καὶ Ὠρίωνα ἐπικληθέντα. οὗτος δυνατὸς γενόμενος ἐβασίλευσε πρῶτος ἐπὶ τῆς γῆς ἐν τοῖς Ἀσσυρίοις· ὃς καὶ ὠνομάσθη Κρόνος εἰς τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ πλάνητος. οὗτος ἔσχε γυναῖκα ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς, καλουμένην Σεμίραμιν. αὕτη τοῖς ποταμοῖς περιέβαλε στόμια, καὶ τὰς καλουμένας πυραμίδας ἀνήγειρε. ταύτην καὶ Ῥέαν ὠνόμασαν ὡς ἐν δυνάμει καὶ ἐξουσίᾳ καὶ ὑπερβάλλοντι φόβῳ τῶν ἀνθρώπων ἄρχουσαν. αὕτη ἡ Σεμίραμις ἔσχεν υἱὸν οὗ τὸ ὄνομα Πῖκος, ὃς καὶ μετωνομάσθη Ζεύς· καὶ ἄλλους δὲ ἔσχεν υἱοὺς Βῆλόν τε καὶ Νῖνον, καὶ θυγατέρα τὴν Ἥραν. καὶ ὁ μὲν
D Νῖνος, ὃς καὶ τὴν Νινευὶ τὴν μεγάλην ἔκτισε, τὴν ἰδίαν μητέρα Σεμίραμιν ἔσχε γυναῖκα. ὡς δὲ Ἀφρικανός φησι, καὶ ἕτερον υἱὸν ἔσχεν ὁ Κρόνος τὸν Ἄφρον, ἐξ οὗ Ἄφροι· ὃς γήμας Ἀστυνόμην ἐποίησε θυγατέρα τὴν Ἀφροδίτην. ὁ δὲ Κρόνος ἐξωσθεὶς τῆς βασιλείας ὑπὸ τοῦ ἰδίου υἱοῦ Διός, κατελθὼν ἐν τῇ δύσει κρατεῖ τῆς Ἰταλίας. εἶτα ὁ Ζεὺς ὑποχωρήσας τῶν Ἀσσυρίων

Abrahami primum numerantur anni ab origine mundi 3312. post 75 deinde annos ex Charrane egressus in terra Chanaan inquilinum egit, quae nunc Palaestina vocatur.

Phalecus ante patrem suum Eberum obiit. tria milia annorum ad Phalcci mortem ab Adamo computantur. hinc nomina Graecorum deorum initium sumunt.

Natus est Chami stirpe vir nomine Chusus, Aethiops. is Nemrodum genuit, qui et Orion appellatur, conditorem Babylonis; atque hic auctus potentia primus hominum regnavit, Assyriis imperans. idem Saturnus dictus est, cognomento a planeta ducto. uxorem ex eadem stirpe habuit, nomine Semiramin. haec fraena repperit et pyramides quas vocant exstruxit. hanc etiam Rheam nominarunt, ut quae hominibus magna cum potestate et ingenti terrore imperaret. haec Semiramis filium habuit nomine Picum, cognomento Iovem, ac praeter hunc Belum ac Ninum et filiam Iunonem. Ninus, qui Ninivem magnam condidit, matrem suam Semiramin uxoris loco habuit. Africanus Saturno praeterea Afrum filium adscribit, a quo Afri dicti sunt. is Afer ducta Astynoma uxore Venerem genuit, quae Graecis Afrodita dicitur. Saturnus regno expulsus a filio suo Iove in occiduas terrae partes devenit ac Italiam obtinuit. deinde Iuppiter Assyriis decessit, ac ad patrem se contulit, qui ei regnum

παραγίνεται πρὸς τὸν πατέρα· ὁ δὲ παραχωρεῖ αὐτῷ βασιλεύειν τῆς Ἰταλίας. καὶ πολλοῖς ἔτεσι βασιλεύσας, εἶτα τελευτήσας κατατίθεται ἐν τῇ Κρήτῃ. μετὰ δὲ Νῖνον ἐβασίλευσε τῶν Ἀσσυρίων Θοῦρος ὁ καὶ Ἄρης κληθεὶς ὡς πολεμικώτατος. τοῦτον οἱ Ἀσσύριοι Βάαλ θεὸν ἤτοι Βῆλ μετονομάσαντες καὶ ἀναστηλώ- P 16
σαντες σέβονται. μετὰ δὲ τὴν τοῦ Διὸς τελευτὴν Φαῦνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐβασίλευσεν, ὃς μετωνομάσθη Ἑρμῆς· ἦν γὰρ λογικώτατος πάνυ καὶ μαθηματικός· ὃς καὶ τοῦ χρυσοῦ τὴν φύσιν ἐξεῦρεν ἐκ μετάλλων ἀνθρώποις. ἡ μέντοι Ἀφροδίτη λογικὴ καὶ ποικίλη λεγομένη ἐγαμήθη τῷ Ἀδώνιδι τῷ υἱῷ τοῦ Κινύρου, φιλοσόφῳ ὄντι καὶ αὐτῷ· οὓς καὶ ἄχρι θανάτου φιλοσοφοῦντας σὺν ἀλλήλοις βιῶσαι ἱστοροῦσι. μετὰ δὲ τὸ βασιλεῦσαι Ἀσσυρίων Πῖκον τὸν καὶ Δία ἔτη τριάκοντα, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βῆλον ὀνομαζόμενον καὶ Ἥραν τὴν γυναῖκα τὴν καὶ ἀδελφὴν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καταλιπὼν πρὸς τὸν αὐτοῦ πατέρα Κρόνον παραγίνεται, ἤδη γεγηρακότα καὶ B
ταλαιπωρήσαντα· ᾧ καὶ παραχωρεῖ τῆς βασιλείας εὐθύς, καὶ οὗτος δυνατὸς ὢν ἄλλα ἔτη ἑξήκοντα δύο κατὰ τὴν Ἰταλίαν βασιλεῦσαι λέγεται. Βῆλος δὲ ὁ υἱὸς διὰ τὸ ὀξυκίνητος εἶναι οὕτως ἐκλήθη, καὶ δύο ἔτη βεβασιλευκὼς Ἀσσυρίων τελευτᾷ. Νῖνος δὲ ὁ τούτου θεῖος ἐγκρατὴς γενόμενος τῆς ἀρχῆς νβ' ἔτη τῶν Ἀσσυρίων ἐβασίλευσεν. ἐκ τοῦ γένους οὖν αὐτοῦ καὶ Ζωροάστρης ὁ περιβόητος ἀστρόνομος ἐν Πέρσαις γενόμενος ηὔξατο ὑπὸ πυρὸς ἀερίου κεραυνωθῆναι καὶ ἀναλωθῆναι, ἐντειλάμενος τοῖς Πέρσαις

8 τὴν ποίησιν margo P

Italiae dimisit; ubi cum per multos annos regnasset, vitam cum morte commutavit, et in Creta sepultus est. post Ninum Assyriis Thurus imperavit, qui et Mars appellatur utpote bellicosissimus. hunc Assyrii Baalum sive Belum deum appellarunt, statuaque ei excitata divinis honoribus coluerunt. a morte Iovis Faunus, eo natus, regnum tenuit. hic Mercurius denominatus fuit, quod facundus admodum esset ac mathematicarum rerum sciens. idem hominibus auri ex terrae visceribus eruendi artem invenit. Venus erudita admodum fuit et variis rebus ornata: nupsit Adonidi Cinyrae F, philosopho ipsi quoque. narrant eos ad mortem usque una philosophiae vacasse. Picus, qui idem est Iuppiter, cum triginta annos Assyriis imperasset, regno in manus filii sui Beli et Iunonis, quae soror eius eademque coniux erat, tradito, ad patrem suum Saturnum se contulit, provectam iam aetatem misere tolerantem. pater ei statim regnum dimisit; et Picus potentia auctus per 62 alios annos Italiam rexisse fertur. Belus filius eius hoc nomen ob id quod celeriter moveretur habuit. is cum per biennium regnum Assyriorum gessisset, in fata concessit. patruus eius Ninus regno potitus, 52 annos Assyriis imperavit. ex huius genere etiam Zoroastres nobilis ille apud Persas astronomus exstitit; qui se fulmine ictum ac consumptum iri praedixit,

In parva Genesi scriptum est solos decem menses abiectos fuisse in amnem pueros Israelicorum, donec a regina Moses inde exemptus fuit. ideo etiam decem genera calamitatum per decem menses Aegyptiis inflicta, eosque demum in mari periisse, quomodo Ebraeorum pueros in fluvio suffocaverant, ita quidem, ut loco unius infantis Israelici mille

βρέφους Ἰσραηλιτικοῦ. αὐτὸν δὲ τὸν Μωϋσῆν εἰς τὸ βασιλικὸν γένος εἰσεποιήσατο ἡ θυγάτηρ Φαραώ, οὐ μέντοι ἀνῆκε τῆς ἐπιταγείσης ἐργασίας τοὺς Ἰσραηλίτας. ἀνδρωθέντος δὲ τοῦ Μωϋσέως ὑπερβάντες Αἰθίοπες τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν δεινῶς τὴν Αἴγυπτον ἐληΐζοντο, ὡς τὰς πόλεις σχεδὸν πάσας ἀνατρέψαι καὶ τὸν στρατὸν αὐτῆς ἀφανίσαι καὶ τοὺς στρατηγοὺς ἀποσφάξαι. ἔμειναν οὖν Αἰγυπτίοις πολεμοῦντες ἐπὶ ἔτη πέντε. ἐν ἀπορίᾳ γοῦν πολλῇ καταστάντες Αἰγύπτιοι χρησμεύονται ὡς τῷ Μωϋσῇ τὴν στρατη-
C γίαν ἐγχειρίσαι, καὶ παρακαλοῦσι τὴν Θέρμουθιν ἐπιτρέψαι αὐτῷ τὴν στρατηγίαν· ἡ δ᾽ ὠνείδιζεν αὐτοὺς καὶ κακοὺς ἀπέφαινε σὺν τοῖς ἱερογραμματεῦσιν εἰς θάνατον ἐπιβουλεῦσαι τῷ παιδὶ βουληθέντας· ὅμως ὡς ὑπὲρ πατρίδος πολεμήσαντα ἐξαπέστειλεν, ἀσμενέστατα τοῦ παιδὸς δεξαμένου τὴν ἐπιταγὴν καὶ μηδὲν ἀγωνιάσαντος. ηὐξήθη γὰρ πάσῃ ἀρετῇ κοσμηθεὶς καὶ παιδευθεὶς πᾶσαν σοφίαν Αἰγυπτίων, ὡς βασιλέως υἱὸς καὶ φύσιν ἔχων δεξιάν, ἀνδρεῖός τε ἐν τοῖς πολέμοις. ὃς τριακοντούτης τυγχάνων τοιοῦτον πόλεμον ἀνεδέξατο· καὶ ἐπὶ δέκα ἔτη ἐσχάτως τοὺς Αἰθίοπας πολεμήσας καὶ Αἰθιοπίαν πᾶσαν ἀφανίσας, τήν τε Σαβὰ μητρό-
D πολιν βασιλεύουσαν Αἰθιόπων παραλαβών, τὴν Αἴγυπτον ἐλευθεροῖ πάσης πολεμικῆς ἐπιβουλῆς. ἐντεῦθεν ἄρχεται αὐτῷ ὁ φθόνος παρ᾽ Αἰγυπτίοις, ἐξαιρέτως δὲ αὐτῷ παρὰ τῷ Χενεφρῇ· ἐν τούτοις γὰρ τετελευτήκει ὁ Παλμανώθης καὶ ἡ Θέρμουθις. καὶ τοί-

validi viri Aegyptii interierint. ceterum Mosem Pharaonis filia in regium genus adoptavit, neque tamen Israelicis de imperato opere quicquam remisit. cum Moses virilem aetatem attigisset, Aethiopes Indo fluvio traiecto gravibus incursionibus Aegyptum populati sunt, ita quidem ut urbes prope omnes everterint, exercitum Aegyptium deleverint, ductores eius trucidaverint. duravit id bellum annos quinque. Aegyptii autem in summas redacti angustias oraculo iubentur imperium Mosi deferre, itaque et a Thermuthi hoc contendunt. ea acriter in ipsos invecta quod eos per dolum diceret re cum scribis rerum saerarum composita id consilium filii sui interficiendi causa tractasse, tamen Mosem dimisit utpote pro patria propugnaturum. et quidem Moses id mandatum libentissime in se recepit, neque omnino quicquam reformidavit. quippe omni virtute auctus adoleverat, omnibusque Aegyptiorum artibus veluti regis filius institutus fuerat: ad haec ingenio erat prompto et ad rem bellicam forti. is ergo annum agens trigesimum eius belli gerendi munus subiit. quo cum per decennium gesto Aethiopas in extremum discrimen compulisset, totamque devastasset Aethiopiam, Sabamque praecipuam urbem ac caput eius regni in suam potestatem redegisset, ab omni hostium metu Aegyptum liberavit. inde odia Aegyptiorum adversus eum coeperunt, praecipue autem Chenephris. nam interea temporis Palmenothes ac Thermuthis in fata concesserant. itaque ergo Chenephres variis

νυν ἐπιβουλεύεται αὐτῷ ποικίλως βασκαίνων, Χαναθώθῃ δὲ ἐπιτρέπει τὴν τοῦ Μωϋσέως σφαγήν· ἣν γνοὺς Μωϋσῆς ἀναιρεῖ αὐτόν, καὶ οὕτω φεύγει διὰ τῆς ἐρήμου εἰς τὴν Ἀρραβίαν πρὸς Ἰοθόρι τὸν καὶ Ῥαγουήλ, καὶ ἔλαβεν αὐτοῦ τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον, ἐξ ἧς ἐπαιδοποίησε τὸν Ἰηρσὰμ καὶ τὸν Ἐλεάζαρ. Μωϋσῆς P 49 *δὲ ὢν ἐν Αἰγύπτῳ κτίζει πόλεις δύο ἐπ' ὀνόματι τῆς μητρὸς αὐτοῦ τῆς βασιλίσσης.*

Ὅτι Εὐπόλεμός φησι τὸν Μωϋσέα πρῶτον σοφὸν γενέσθαι, καὶ γράμματα παραδοῦναι Ἰουδαίοις πρῶτον, παρὰ δὲ Ἰουδαίων Φοίνικας παραλαβεῖν, Ἕλληνας δὲ παρὰ Φοινίκων· νόμους δὲ πρῶτον Μωϋσῆς γράφει τοῖς Ἰουδαίοις. καταλιπὼν δὲ Μωϋσῆς τὰς κατ' Αἴγυπτον διατριβὰς εἰς τὴν ἔρημον ἐφιλοσόφει, διδασκόμενος παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ τὰ περὶ τῆς γενέσεως τοῦ κόσμου καὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου καὶ τῶν μετ' ἐκεῖνον, καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ τῆς συγχύσεως καὶ ποικιλίας τῶν γλωσσῶν, καὶ τῶν περὶ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, καὶ τῶν μέχρις αὐτοῦ χρόνων, καὶ περὶ τῆς νομοθεσίας τῆς μελλούσης παρ' αὐτοῦ δίδοσθαι τῷ B *Ἰουδαίων ἔθνει, καὶ τὰς τῶν ἄστρων θέσεις καὶ τὰ στοιχεῖα καὶ ἀριθμητικὴν καὶ γεωμετρίαν καὶ πᾶσαν σοφίαν, ὡς ἐν τῇ λεπτῇ Γενέσει κεῖται. καὶ ὅτι ἐν ρμδ' ἔτει τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας ἤρξαντο Αἰγύπτιοι δέχεσθαι τὴν δεκάπληγον. ἐν μηνὶ Ἰουνίῳ τὰ ὕδατα εἰς αἷμα μετεβλήθη, Ἰουλίῳ βάτραχοι, Αὐγούστῳ σκνῖπες, Σεπτεμβρίῳ κυνόμυια, Ὀκτωβρίῳ κτηνῶν πτῶσις, Νοεμβρίῳ*

Mosem insidiis petivit, invidia concitus; ac Chanathothae Mosis necem mandavit. Moses cognitis insidiis, eo interfecto, fuga per solitudinem in Arabiam pervenit ad Iothorem, qui idem Raguelus dicitur; cuius filia ducta Gersamum et Eleazarum procreavit. dum in Aegypto esset, duas urbes reginae matri suae cognomines condidit.

Eupolemus asserit Mosem primum sapientem fuisse, primumque literas tradidisse Iudaeis; ab his Phoenices, rursumque a Phoenicibus Graecos eas accepisse. primus Moses Iudaeis leges posuit. idem hominum in Aegypto consuetudine relicta in solitudinem, ut sapientiae studio vacaret, se contulit. ibi (ita quidem parva Genesis refert) a Gabrielo angelorum principe edoctus fuit de origine mundi, de primo homine et eum subsecutis, de diluvio, de confusione et diversitate linguarum, de statu primi hominis, de temporibus usque ad ipsum elapsis, de lege quam Iudaeis erat traditurus, de siderum positu, elementis, arithmetica, geometria, et omnibus scientiis, ut ibidem perscriptum est. anno servitutis in Aegypto Iudaicae centesimo quadragesimo quarto decem plagis Aegyptus affligi divinitus coepit. mense Iunio aquae in sanguinem sunt conversae, Iulio ranae, Augusto sciniphes, Septembri musca canina, Octobri pestis pecoris, Novembri pustulae et ulcera, Decembri

φλυκτίδες καὶ ἕλκη, Δεκεμβρίῳ χάλαζα, Ἰανουαρίῳ ἀκρίς, Φε-
βρουαρίῳ σκότος ἡμέρας τρεῖς, Μαρτίῳ τὰ πρωτότοκα. τῇ ιδ'
τούτου τοῦ μηνὸς σκυλεύσαντες τοὺς Αἰγυπτίους ἐξῆλθον, προσ-
C τάξει θεοῦ τοῦτο πεποιηκότες. μετὰ δὲ τὴν ἔξοδον Ἰοθὸρ ὁ
πενθερὸς Μωϋσέως, λαβὼν Σεπφόραν τὴν γυναῖκα Μωϋσέως καὶ
τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ, κατέλαβε πρὸς Μωϋσῆν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτι
πολεμοῦντα τὸν Ἀμαλήκ. καὶ ἐν τῷ τρίτῳ μηνὶ τῆς ἐξόδου τῶν
υἱῶν Ἰσραὴλ τὰ ἐν τῷ Σιναίῳ ὄρει νομοθετεῖται, καὶ ἡ δεκάλογος
δίδοται Μωϋσῇ καὶ Ἀαρὼν καὶ παντὶ τῷ λαῷ. καὶ μετὰ τοῦτο
πάλιν κελεύεται ὑπὸ τοῦ θεοῦ Μωϋσῆς μετὰ Ἰησοῦ ἀνελθεῖν ἐν
τῷ ὄρει καὶ λαβεῖν τὰ πυξία γεγραμμένα, ἃ προενομοθέτησεν ὁ
θεός. τότε καὶ τὸν τύπον τῆς σκηνῆς θεωρεῖ καὶ τὰ περὶ αὐτὴν
πάντα. μοσχοποιεῖ δὲ ὁ λαός, καὶ συντρίβει Μωϋσῆς τὰς θεουρ-
D γηθείσας πλάκας. εἶτα πάλιν κελεύεται λαξεῦσαι πλάκας καὶ
ἀνελθεῖν ἐν τῷ ὄρει. καὶ ἰδοὺ ἡ δεκάλογος παρὰ θεοῦ τρίτον
παραδέδοται, πρῶτον ἐπὶ τοῦ ὄρους Σινᾶ, ἡνίκα αἱ σάλπιγγες καὶ
ὁ γνόφος, δεύτερον ἡνίκα τὸ παράδοξον τῆς σκηνῆς καὶ τὰ περὶ
τὴν σκηνήν, τρίτον μετὰ τὴν μοσχοποιίαν. καὶ τότε γὰρ τεσσα-
ράκοντα ἡμέρας διέτριψεν ἐν τῷ ὄρει, ἄρτον μὴ φαγὼν μηδὲ
ὕδωρ πιών· ἀλλὰ καὶ ἡ δόξα τοῦ προσώπου αὐτοῦ τότε ἐξέλαμ-
ψεν εἰς τὸν λαόν.

Καὶ ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ ἔτει τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ κε-
λευσθεὶς Μωϋσῆς ἐξαριθμῆσαι τὸν λαὸν ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ
P 50 ἐπάνω τοὺς ἐξελθόντας ἐξ Αἰγύπτου, χωρὶς γυναικῶν παιδίων καὶ

grando, Ianuario locustae, Februario triduanae tenebrae, Martio primogenitorum interitus. die Martii decimo quarto depraedati iussu dei Aegyptios Iudaei exiverunt. post exitum ex Aegypto Iothor Mosis socer, assumpta Sepphora Mosis uxore eiusque duobus filiis, ad Mosem in solitudinem pervenit, adhuc cum Amaleco bellum gerentem. tertio ab exitu mense lex in monte Sinai lata, decemque praecepta Mosi Aaroni atque universo populo data sunt. secundum hoc rursus Moses iubetur assumpto Iosua montem conscendere, tabulasque accipere in quibus lex dei perscripta erat. eodem tempore exemplar quoque tabernaculi vidit, reliquaque item omnia quae ad id pertinebant. interim populus vitulum fecerat. Moses a deo factas tabulas confringit, iubetque alias ex lapide excidere, et montem conscendere. atque ecce, tertium decalogus a deo traditur, primum in monte Sinai, ubi tubae et caligo, secundo, cum admirabilis scenae et ad id pertinentium visum Mosi est oblatum, tertio post effictum vitulum: nam et tunc Moses quadraginta dies in monte commoratus est, ita ut neque panem ederet neque aquam biberet. sed et splendor faciei eius tunc ad populum effulsit.

Undecimo anno ab exitu de Aegypto, Moses iussus numerum populi inire, a viginti annos nato et amplius qui egressi essent ex Aegypto,

τῆς Λευιτικῆς φυλῆς, εὗρε μυριάδας ἑξήκοντα καὶ τρισχιλίους πεντακοσίους πεντήκοντα, ἀπὸ τῶν εἰσελθόντων εἰς Αἴγυπτον οε' ψυχῶν, εἰς ἔτη σιε'. πάντες δὲ οὗτοι ἐν τῇ ἐρήμῳ διεφθάρησαν ποικίλως, οἱ μὲν διὰ βλασφημίαν, οἱ δὲ δι' εἰδωλολατρείαν, οἱ δὲ δι' ἀπιστίαν, ἐκτὸς Ἰησοῦ καὶ Χάλεβ. ἔζησε δὲ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ ἔτη ἑκατὸν δέκα, ὁ δὲ τοῦ Ἰεφονῆ Χάλεβ ἔτη ἑκατὸν ἑξήκοντα.

Ὅτι ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐξαριθμήσει, ἡνίκα Μωϋσῆς καὶ Ἐλεάζαρ ἠρίθμησαν τὸν λαόν, οὐχ εὑρέθη ἄνθρωπος ἐκ τῆς πρώτης ἀριθμήσεως, ἡνίκα Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν ἠρίθμησαν τὸν λαόν. γέγονε δὲ ἡ πρώτη ἀρίθμησις περὶ τὸ Σίναιον, ἡ δὲ δευτέρα παρὰ B τὸν Ἰορδάνην.

Ὅτι δεήσεις μεγάλας ποιησάμενος πρὸς τὸν θεὸν εἰς τὸ διαβῆναι τὸν Ἰορδάνην καὶ ἰδεῖν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας οὐχ ὑπηκούσθη, ἀλλ' εἶπεν αὐτῷ ὁ θεός "ἱκανούσθω σοι, ἀνάβηθι ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους, καὶ ἴδε τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, ὅτι οὐ διαβήσῃ τὸν Ἰορδάνην." καὶ ἐτελεύτησε Μωϋσῆς ἐν τῷ ὄρει ἐκείνῳ ἐτῶν ἑκατὸν δέκα. καὶ ἡγεῖται τοῦ λαοῦ Ἰησοῦς ἔτη κζ', ζήσας τὰ πάντα ἔτη ἑκατὸν δέκα.

Ἀλλὰ δέον ἡγησάμην σαφέστερον τὰ περὶ τοῦ μακαρίου Μωϋσέως διεξελθεῖν. μέλλων γὰρ ὁ θεσπέσιος οὗτος τὸν δεύτερον νόμον δέχεσθαι ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος, καὶ κατέβη κύριος ἐν νε- C

18 δέκα] εἴκοσι margo P

abseque mulieribus et liberis atque Levitica tribu, invenit summam sexcentorum milium, ac trium milium quingentorum quinquaginta. ad hunc numerum populus spatio 215 annorum ex 75 capitibus excreverat, quae in Aegyptum descenderant. verum haec omnis multitudo in solitudine diversis modis omnes perierunt, alii, quod de deo impie essent locuti, alii ob simulacrorum cultum, alii ob incredulitatem. soli Iosua Nauae F. et Calebus Iephunae F. superstites fuerunt; quorum ille 110, hic 160 annos vixit.

In secunda populi recensione a Mose et Eleazaro instituta ne unus quidem eorum mortalium superfuit qui in priore fuerant recensione, quam Moses et Aaron obiverant. ea iuxta montem Sinai, posterior pone Iordanem acta fuit.

Moses cum a deo multis precibus supplex contendisset ut sibi Iordanem transire terramque promissam cernere daretur, non obtinuit. sed dixit ei deus "hoc tibi sufficiat. adscende in verticem montis, oculis tuis eminus terram istam speculare: non enim transibis Iordanem." mortuus est autem Moses eo in monte, annos natus 120. ductor populi post eum fuit Iosua per annos 27, vixitque annos omnino 110.

Enimvero operae fore duxi res beati Mosis planius explicare. is ergo accepturus secundario legem in montem adscendit. descendit eo in

φέλῃ, καὶ παρέστη αὐτῷ ἐκεῖνος ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας
τεσσαράκοντα· ἄρτον οὐκ ἔφαγε καὶ ὕδωρ οὐκ ἔπιε. καὶ ἔγραψεν
ἐπὶ τῶν πλακῶν τὰ ῥήματα τῆς διαθήκης, τοὺς δέκα λόγους. καὶ
λαβὼν τὰς πλάκας καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ ὄρους δεδοξασμένος,
εἶδεν Ἀαρὼν καὶ πάντες οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ πρόσωπον Μωϋσέως,
καὶ ἦν δεδοξασμένον, καὶ ἐφοβήθη αὐτῷ προσεγγίσαι· καὶ διὰ
τοῦτο κάλυμμα ἐπετίθει, ἡνίκα πρὸς αὐτοὺς ὡμίλει. μετὰ γὰρ
ἡμέρας τεσσαράκοντα κατελθών, καὶ διὰ τὴν μοσχοποιίαν θυμω-
D θείς, εὐθέως τὰς πλάκας συνέτριψε καὶ αὐτίκα προσέταξεν ἡβη-
δὸν πάντας τοὺς παρατυχόντας ἀναιρεθῆναι. καὶ τὸν μόσχον ἐξα-
φανίσας, καὶ τρισχιλίους αἰσχίστους ἄνδρας ἐξολοθρεύσας ἐν μιᾷ
ἡμέρᾳ, τῇ ἐπιούσῃ θᾶττον ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὄρος πρὸς κύριον,
δυσωπήσων αὐτόν. καὶ ἄκουσον τί φησιν ἡ γραφή. καὶ ἐγένετο
μετὰ τὴν αὔριον, εἶπε Μωϋσῆς πρὸς τὸν λαόν "ὑμεῖς ἡμαρτήκατε
ἁμαρτίαν μεγάλην· καὶ νῦν ἀναβήσομαι πρὸς τὸν θεόν, ἵνα ἐξι-
λάσωμαι περὶ τῆς ἁμαρτίας ὑμῶν." καὶ ἐπέστρεψε Μωϋσῆς πρὸς
κύριον, καὶ εἶπε "δέομαι, ἡμάρτηκεν ὁ λαὸς οὗτος ἁμαρτίαν με-
P 51 γάλην καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς θεούς. καὶ νῦν, εἰ μὲν ἀφῇς αὐτοῖς
τὴν ἁμαρτίαν αὐτῶν, ἄφες, εἰ δὲ μή, ἐξάλειψόν με ἐκ τῆς βίβλου
ἧς ἔγραψας." καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν "εἴ τις ἥμαρτεν
ἐνώπιόν μου, ἐξαλείψω αὐτὸν ἐκ τῆς βίβλου μου. νυνὶ δὲ βάδιζε,
καὶ ὁδήγησον τὸν λαὸν τοῦτον εἰς τὸν τόπον ὃν εἴρηκά σοι, καὶ
ἰδοὺ ὁ ἄγγελός μου προπορεύσεται ἔμπροσθέν σου· ᾗ δ' ἂν

nube dominus, eique Moses adstitit per dies 40 noctesque totidem, ita ut neque pane vesceretur neque aquam biberet. et scripsit in tabulis verba testamenti, decem ista verba. cumque splendore ornatus sumptis tabulis de monte descenderet, vidit Aaron universusque populus faciem Mosis coruscantem, metueruntque ad eum accedere. itaque velamine capitis usus est, quoties cum ipsis ageret. etenim post 40 dies cum descendisset, ira ob vitulum effictum percitus illico tabulas comminuit, et quicunque flagitio erant obnoxii, internecione deleri iussit. tum vitulo e medio sublato, unoque die tribus virorum pessimorum milibus interfectis, postridie celeriter ad dominum in montem se contulit, quasi pudorem ei, nisi deprecanti annueret, incussurus. atque audi quid scriptura dicat (Exod. 32) "postridie Moses ita populum est allocutus. ingens flagitium commisistis. nunc itaque adscendam ad deum, ut vos, qui peccato eum irritastis, in gratiam eius restituam. reversusque ad dominum Moses dixit: deprecor. populus iste grandis se facinoris obligavit deos sibi fingendo. nunc ergo, siquidem eis hoc suum scelus ignoscis, ignosce: sin vero, me ex libro quem scripsisti delete. respondit autem deus: si quis adversum me deliquerit, eum de libro meo delebo. nunc autem tu vade, populumque duc ad locum quem tibi indicavi. atque ecce, angelus meus praecedet te. qua autem die eos visitabo, ea poenam pro hoc

ἡμέρᾳ ἐπισκέπτωμαι, ἐπάξω ἐπ' αὐτοὺς τὴν ἁμαρτίαν αὐτῶν." ὥστε λοιπὸν ἀναμφήριστόν ἐστιν ὡς ὀγδοηκονθήμερον ἐφεξῆς ἀπόσιτος ἔφυ θεοφορούμενος ὁ θεσπέσιος Μωϋσῆς, θείῳ λόγῳ τρεφόμενος κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνήν. ἡνίκα δ' ἂν εἰσεπορεύετο Μωϋσῆς ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, εἱστήκει πᾶς ὁ λαὸς σκοπεύοντες. ὡς δ' ἂν εἰσῆλθε Μωϋσῆς ἐν τῇ σκηνῇ, κατέβαινεν B ὁ στῦλος τῆς νεφέλης καὶ ὁ θεὸς ἐπὶ τὴν σκηνήν. ὁ δὲ λαὸς ἑώρα τὸν στῦλον τῆς νεφέλης, καὶ προσεκύνουν ἕκαστος ἐκ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ. καὶ οὕτως ἐλάλει κύριος μετὰ Μωϋσέως ἐνώπιον τοῦ λαοῦ. καὶ τὸν μὲν λαὸν ἐκ τῆς ὀργῆς κυρίου διαφόρως ἐπαγωνιζόμενος ἐξελέσθαι, τοσοῦτον ἠλόγησε τῆς οἰκείας σωτηρίας ὡς καὶ ἐν τῇ θραύσει τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν Δαβὶδ στῆναι. οἱ δὲ ἀχάριστοι ὄντες μᾶλλον κατεξανίσταντο τοῦ προφήτου. ὅσοι δὲ κατεξανέστησαν αὐτοῦ, οἱ μὲν κατεπτώθησαν εἰς γῆν ζῶντες, οἱ δὲ θείου πυρὸς γεγόνασι παρανάλωμα. φησὶ γὰρ "καὶ ἐγένοντο οἱ τεθνηκότες ἐν τῇ θραύσει χιλιάδες δεκατέσσαρες καὶ ἑπτακόσιοι, χωρὶς τῶν τεθνηκότων ἕνεκεν Κορέ." C

Καὶ μετὰ ταῦτα οὐκ ἦν ὕδωρ τῇ συναγωγῇ, καὶ ἐλοιδόρει ὁ λαὸς τῷ Μωϋσῇ καὶ Ἀαρών. καὶ καταβοήσαντες, εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν "λάβε τὴν ῥάβδον ταύτην, καὶ ἐκκλησίασαι τὴν συναγωγὴν σὺ καὶ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου, καὶ λαλήσατε πρὸς τὴν πέτραν ἐναντίον αὐτῶν, καὶ δώσει τὰ ὕδατα αὐτῆς." καὶ ἔλαβε Μωϋσῆς τὴν ἀπέναντι κυρίου ῥάβδον, καὶ ἐξεκλησίασε τὴν συν-

14 κατεπόθησαν?

delicto ipsis infligam." proinde extra controversiam est, 80 continuos dies beatum Mosem divino instinctu affectum cibo abstinuisse, alitum dei sermone secundum domini dictum. porro cum Moses in tabernaculum testimonii intrabat, populus universus stabat contemplans, Moseque ingresso nubis columna et deus ad tabernaculum descendebant. populus autem columnam nubis cernentes adorabant quisque a suo tabernaculo. atque hoc modo deus cum Mose in conspectu populi loquebatur. Moses porro ut populum ab ira dei liberaret, tanto conatu nitebatur adeoque suae ipsius salutis curam non gerebat, ut etiam in clade dei secundum Davidum steterit. at vero Iudaei ut erant ingrati, magis magisque adversus prophetam suum insurrexerunt. quotquot autem hoc egerunt, ii partim vivi terrae hiatu sunt absorpti, alios caelitus immissus consumpsit ignis. scriptum est enim ita "mortui sunt in clade populi milia 14 ac septingenti, his demptis qui propter Coram perierunt."

Secundum haec populum aqua defecit; isque Mosi et Aaroni convicia fecit. ibi deus Mosi iussit ut sumpta virga populi coetum advocaret, adhibito sibi Aarone, utque ad appositum saxum verba facerent: id aquam emissurum. Moses baculo a domino sumpto e regione saxi popu-

αγωγὴν ἀπέναντι τῆς πέτρας. καὶ εἶπε κύριος πρὸς αὐτούς "ἀκούσατέ μου οἱ ἀπειθεῖς. μὴ ἐκ τῆς πέτρας ταύτης ἐξάξομαι ὑμῖν ὕδωρ;" καὶ ἐπάρας Μωϋσῆς τὴν χεῖρα αὐτοῦ καὶ πατάξας τὴν πέτραν δὶς τῇ ῥάβδῳ, ἐξῆλθεν ὕδωρ πολύ, καὶ ἔπιεν ἡ συναγωγὴ D καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν. καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν καὶ Ἀαρὼν "ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπιστεύσατε ἁγιάσαι με ἐναντίον τοῦ λαοῦ, διὰ τοῦτο οὐκ εἰσάξετε ὑμεῖς τὴν συναγωγὴν ταύτην εἰς τὴν γῆν ἣν ἔδωκα αὐτοῖς. διὸ προστεθήτω Ἀαρὼν πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἀποθανέτω, διότι παρωξύνατέ με ἐπὶ τοῦ ὕδατος τῆς ἀντιλογίας." καὶ ἀνεβίβασε Μωϋσῆς τὸν Ἀαρὼν εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἐξέδυσεν αὐτὸν τὰ ἱερατικὰ ἱμάτια, καὶ ἐνέδυσεν αὐτὰ Ἐλεάζαρ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. καὶ ἀπέθανεν Ἀαρὼν ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ ἔτει τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, ζήσας ἔτη ρκγʹ. καὶ ἔκλαυσεν αὐτὸν ὁ P 52 λαὸς ἡμέρας τριάκοντα. καὶ μετὰ ταῦτα εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν "ἀνάβηθι εἰς τὸ ὄρος Ναβᾶν, καὶ ἴδε τὴν γῆν ἣν δίδωμι τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, καὶ τελεύτα ἐκεῖ ὃν τρόπον ἀπέθανεν Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου, διότι ἠπειθήσατε τῷ ῥήματί μου ἐπὶ τοῦ ὕδατος τῆς ἀντιλογίας Κάδδης." τοῦ δὲ Μωϋσέως πολλὰ καὶ πολλάκις δεηθέντος τοῦ θεοῦ περὶ τούτου, καὶ λέγοντος "διαβὰς οὖν, ὦ κύριε, τὸν Ἰορδάνην ὄψομαι τὴν ἀγαθὴν γῆν ἐκείνην," εἶπε κύριος πρὸς αὐτόν "ἱκανούσθω σοι. ὅρα μὴ προσέλθῃς μοι ἔτι περὶ τούτου λαλῆσαι, ἀλλ' ἰδὼν τὴν ἀγαθὴν γῆν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου τελεύτα."

B καὶ γράψας ἐκ προστάγματος κυρίου τὴν μεγάλην ᾠδήν, καὶ ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπὶ Ἰησοῦν τοῦ Ναυῆ εἰς τὸ διαδέξασθαι αὐτόν,

lum in concionem advocavit. tum deus eos ita est affatus "audite me, o increduli: nonne ex hoc saxo vobis aquam eliciemus?" simul Moses sublata manu saxum baculo bis percussit, et copiosa inde aqua emanavit, bibitque populus et iumenta. deus autem Mosem et Aaronem sic compellavit: "propterea quod non credidistis mihi eatenus ut meam coram populo sanctitatem defenderetis, ideo vos coetum hunc non inducetis in terram ipsis a me destinatam. proinde Aaron accedat populo suo et moriatur, quia me irritastis apud aquam rixae." itaque Moses Aaronem in montem adduxit, eumque vestibus sacerdotalibus exuit, hasque filio ipsius Eleazaro induit. ita Aaron vita decessit anno ab exitu populi quadragesimo, annos natus 123; eumque populus dies 30 luxit. deinde Mosem deus in montem Naban adscendere iussit, indeque terram Israelico populo possidendam prospicere, ibique mori, quomodo et frater eius Aaron obiisset, iccirco, dicebat, quia verbo meo diffisi estis apud Cades, ad aquam rixae. cum autem Moses saepenumero multis precibus a domino flagitasset uti sibi Iordanem transmittere praestantemque illam terram contueri liceret; deus eum contentum esse iussit, neque se posthac huius rei causa interpellare, sed eminus conspecta ista regione vitam cum morte commutare. ergo Moses dei mandato magnum illud carmen conscripsit, manibusque Iosuae Nauae F. impositis (eo ritu

ἐτελεύτησεν ἐκεῖ διὰ ῥήματος κυρίου, ζήσας ἔτη ρκ'. καὶ θάψας αὐτὸν ὁ λαὸς καὶ κλαύσας ἡμέρας μ', οὐδεὶς εἶδε τὴν ταφὴν αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἀνέστη ἔτι προφήτης ἐν Ἰσραὴλ ὡς Μωϋσῆς. ἐκτότε οὖν καὶ μέχρι τοῦ νῦν φωτοειδὴς νεφέλη ἐπισκιάζει τὸν τόπον ἐκεῖνον, ἀμαυροῦσα καὶ ἀποτειχίζουσα τὰς ὄψεις τῶν ὁρώντων, ἵνα μὴ γινώσκοιεν αὐτοῦ τὸν τάφον εἰς τὸν αἰῶνα.

Μετὰ δὲ Μωϋσέα διεδέξατο τὴν ἀρχὴν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, καὶ περάσας τὸν Ἰορδάνην, καὶ ποιήσας ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας ἔτη λβ' πολεμῶν καὶ κατακληροδοτῶν αὐτὴν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, ἀπέθανε ζήσας ἔτη ρι'. καὶ ὁ μὲν Μωϋσῆς πατάξας τὸν Σηὼν C
βασιλέα τῶν Ἀμοραίων καὶ τὸν Ὢγ βασιλέα τῆς Βασάν, ὃς ὑπελείφθη ἐκ τῶν γιγάντων, κατοικῶν ἐν τῷ Ῥαφαῒν ἐν Ἀσταρώθ, ἀπόγονον ὄντα τοῦ Ῥαφαῒν, οὗ καὶ ἡ κλίνη σιδηρᾶ, τὸ μῆκος ἔχουσα πήχεις ἐννέα, τὸ πλάτος τέσσαρας, ἀφείλετο πᾶσαν τὴν γῆν αὐτῶν. ὁ δὲ Ἰησοῦς χειρωσάμενος πᾶσαν τὴν γῆν αὐτῶν καὶ τοὺς Χαναναίους καὶ Φερεζαίους καὶ Γεργεσαίους καὶ Χετταίους καὶ Ἰεβουσαίους καὶ Ἀμοραίους καὶ Εὐαίους καὶ πάντας αὐτῶν τοὺς βασιλεῖς, ὄντας τὸν ἀριθμὸν τριακονταδύο, πᾶσαν τὴν γῆν αὐτῶν δέδωκε τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. ἐν δὲ τῷ φεύγειν αὐτούς, φησίν, D
ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ καὶ κύριος ἐπέρριψεν αὐτοῖς λίθους χαλάζης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐγένοντο πλείους οἱ ἀποθανόντες διὰ τοὺς λίθους τῆς χαλάζης ἢ οὓς ἀπέκτειναν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ μαχαίρᾳ στρατηγοῦντος Ἰησοῦ.

hunc sibi successorem designabat) ibi secundum domini verba finem vitae fecit, quam per annos 120 toleraverat. populus eum sepelivit ac 40 dies luxit. nemini autem sepulcrum eius fuit cognitum. neque in eo populo vates Mosi par deinceps exstitit. iam inde ab eo tempore in hunc usque diem illustris nubes locum istum obumbrat, cernentiumque visui officit, ne in sempiternum usque conspici sepulcrum Mosis queat.

Mosi Iosua successit, Nauae F. is traiecto Iordane, in terra promissa annos 32 bella gerendo terramque eam Israelico populo dividendo exegit. decessit annos natus 110. ac Moses quidem Seone Amoraeorum et Ogo Basanis regibus percussis omnem eorum dicionem subegerat. hic Ogus de gigantibus fuerat relictus, in Raphainis habitans Astarothi, genus a Raphainis ducens; cuius culcitra fuit ferrea, novem longa cubitos, quattuor lata. Iosua vero Chananaeis Pherezaeis Gergesaeis Chettaeis Iebusaeis Amoraeis et Evaeis domitis, ac triginta duobus eorum regibus, universam eorum terram Israelico populo tradidit. cum autem, inquit (Ios. 10), Israelico populo terga obverterent, grandinis lapides caelitus in ipsos eiaculatus est dominus, pluresque iis quam gladio Israelicorum duce Iosua occisi sunt.

Ὅ γε μὴν μέγας καὶ τερατουργὸς καὶ θεοφιλὴς πάνυ οὗτος ἀναδειχθεὶς οὐκ ἄμοιρος λύπης καὶ πειρασμῶν διαφόρων ἐγένετο. περὶ οὗ καὶ ὁ θεορρήμων Χρυσόστομος ἔφη "ἐννόησον ὅσον ἐστὶ δίκαιος ἄνθρωπος. εἶπεν Ἰησοῦς τοῦ Ναυῆ 'στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαναὼδ καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Ἐλώμ.' καὶ ἐγένετο· φησὶ γὰρ 'καὶ ἔστη ὁ ἥλιος κατὰ μέσον τοῦ οὐρανοῦ εἰς τέλος ἡμέρας P 53 μιᾶς, καὶ οὐκ ἐγένετο ἡμέρα τοιαύτη πρότερον καὶ ἔμπροσθεν, ὥστε ὑπακοῦσαι θεὸν ἀνθρώπου.' τοῦτο τοῦ Μωϋσέως μεῖζον. ἀλλά γε δὴ καὶ οὗτος ὁ θαυμαστὸς καὶ μέγας καὶ τερατουργός, διαδεξάμενος τὸν Μωϋσῆν, συναπήλαυσεν αὐτῷ πάντων ὡς ἔπος εἰπεῖν τῶν ἀνιαρῶν. οὐ γὰρ ἔτι μόνον ὅτε ἔζη Μωϋσῆς, τὰ ἱμάτια διέρρηξε καὶ σποδὸν κατεπάσατο, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντος πάλιν εἰς μείζονα ταύτης κατέστη ἀνάγκην δι' ὅλης ἡμέρας πρηνὴς κείμενος διὰ τὴν ἁμαρτίαν Ἄχαν καὶ τὴν τοῦ λαοῦ ἧτταν. φησὶ γὰρ 'καὶ διέρρηξεν Ἰησοῦς τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον ἐναντίον κυρίου ἕως ἑσπέρας, αὐτὸς καὶ οἱ πρεσβύτεροι B Ἰσραήλ. καὶ ἐπέβαλον χοῦν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῶν, καὶ εἶπεν Ἰησοῦς· δέομαι, κύριε, ἵνα τί διεβίβασεν ὁ παῖς σου τὸν λαὸν τοῦτον τὸν Ἰορδάνην, παραδοῦναι αὐτὸν τῷ Ἀμοραίῳ ἀπολέσαι ἡμᾶς; καὶ τί ἐρῶ, ἐπεὶ μετέβαλεν Ἰσραὴλ τὸν αὐχένα ἀπέναντι τοῦ ἐχθροῦ αὐτοῦ; καὶ ἀκούσας ὁ Χαναναῖος καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν περικυκλώσουσιν ἡμᾶς καὶ ἐκτρίψουσιν ἀπὸ τῆς γῆς.' ὁρᾷς ὅπως καὶ οὗτος οὐχ ἧττον Μωϋσέως ἀδημονεῖ καὶ

Verum enimvero magnus iste Iosua, et qui miracula etiam edendo se deo carum demonstraret, non tamen doloris variarumque fuit tentationum expers. de quo etiam haec divina eloquentia nobilis Chrysostomus dicit. considera mihi quid rei sit iustus homo. iussit Iosua Nauae F. solem subsistere iuxta Gabaoth lunamque ad vallem Eloman; atque ita factum est. ita enim est scriptum "ac substitit sol in medio caeli usque ad finem unius diei." quantus dies neque ante fuit neque postea, ita tum deus homini obtemperavit. hoc Mosis facta superat. at enim magnus iste atque mirificus et admirabilis Mosis successor, omnium quae isti molesta acerbaque evenerant, partem ipse quoque sensit. non enim modo vivente etiamnum Mose vestem laceravit suam seque cinere conspersit (Num. 14), sed eo defuncto in maiori rursus constitutus fuit necessitudine, pronus humi totum diem prostratus ob Achani peccatum populique cladem. sic enim habet scriptura (Ios. 7) "et laceravit Iosua vestes suas, seque coram domino in faciem prostravit usque ad vesperam, cumque ipso seniores populi, pulveremque capitibus suis ingesserunt. dixitque Iosua: obsecro, domine, cur famulus tuus populum hunc trans Iordanem duxit? an ut eum Amoraeis delendum praeberet? quid enim dicam, postquam Israelicus populus terga hosti vertit? audient hoc Chananaei ac reliqui terrae huius incolae, nosque circumcingent et excindent." videsne hunc non minori quam Mosem fuisse in anxietate at-

θορυβεῖται; καί που τάχα καὶ αὐτὸς ὁμοίως τὴν ζωὴν ἐξ ἀπορίας ἀπελέγετο. ἐῶ λέγειν τοὺς διαφόρους πολέμους καὶ τὰς μάχας καὶ τὰς φροντίδας καὶ τῶν Γαυαωνιτῶν τὴν ἀπάτην. καὶ μέντοι καὶ ἡ τῶν κληρῶν διανομὴ πολὺν μὲν τὸν πόνον πολλὰς δὲ παρ- C
εῖχεν αὐτῷ τὰς δυσκολίας καὶ θλίψεις. οὕτω τοίνυν ἅπαντες ὅσοι τῷ θεῷ μεγάλως εὐηρέστησαν, διὰ θλίψεων καὶ πειρασμῶν δοκιμασθέντες καὶ δόκιμοι ἀναφανέντες τῆς πρὸς θεὸν ἀγάπης καὶ παρρησίας ἐπέτυχον, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδείς, ὧν πολὺς παρὰ τῷ θεῷ λόγος, θλίψεων ἐκτός, κἂν ἡμεῖς ἀγνοῶμεν τοῦτο καὶ τὰ τοῦ θεοῦ περὶ αὐτῶν κρίματα."

Μετὰ δέ γε Ἰησοῦν διὰ τῶν κριτῶν ὁ θεὸς ἔσωζε τὸν λαόν, θλιβόμενον ὑπὸ τῶν περιλειφθέντων ἀλλοφύλων. ἐν οἷς ὑπῆρξε πρώτιστος Ἰούδας καλούμενος, καὶ ἔκρινε τὸν λαὸν ἔτη ζ', χειρωσάμενος καὶ τὸν Ἀδωνιζεβὲκ βασιλέα τῶν ἀλλοφύλων, καὶ ἀκρω- D
τηριάσας αὐτοῦ χεῖρας καὶ πόδας. εἶπε δὲ Ἀδωνιζεβὲκ "ἑβδομήκοντα βασιλεῖς τὰ ἄκρα τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν αὐτῶν ἀποκεκομμένοι ἦσαν, συλλέγοντες τὰ ὑποκάτω τῆς τραπέζης μου. καθὼς οὖν ἐποίησα, οὕτω καὶ ἀνταπέδωκέ μοι ὁ κύριος." μετὰ δὲ Ἰούδαν γέγονε κριτὴς Γοθονιὴλ καὶ μετὰ τοῦτον Ἀώδ. μετὰ δέ γε Ἀὼδ γέγονε κριτὴς Σαμέγαρ ἔτη ἑπτά, πατάξας καὶ ἐκ τῶν ἀλλοφύλων ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἐν τῷ τοῦ ἀρότρου ποδὶ τῶν βοῶν ἄνδρας ἑξακοσίους. μετὰ Σαμέγαρ γέγονε κριτὴς Βαράκ, μεθ' οὗ καὶ Δεβόρρα ἡ προφῆτις. ἐφ' ὧν Προμηθεὺς καὶ Ὀρφεὺς ὁ Θρᾷξ

que perturbatione; qua probabile est eum eo fuisse redactum ut ipse quoque vitam aspernaretur. supersedeo referendis tot bellis pugnis ac solicitudinibus, fraudeque Gabaonitica (c. 9). sane et agrorum divisio magnum ei laborem difficultatesque porro et vexationes multiplices attulit. ad hunc modum omnes ii qui deo magnopere placuerunt, aerumnis prius tentationibusque spectata eorum probitate, divino amore fruendi liberam facultatem consecuti sunt; neque quisquam eorum qui in aliquo apud deum pretio habentur, aerumnis caruit, etiamsi nos id et dei de ipsis iudicium lateat.

Post Iosuam deus iudicum opera populum servavit, a reliquiis gentium alienarum vexatum. inter iudices eos primus fuit ordine Iudas, qui populo annos septem praefuit. is Adonibezecum barbarorum regem in suam potestatem redegit, eique manuum ac pedum extremitates praecidit. tum Adonibezecus "septuaginta" inquit (Iudic. 1) "reges habui, qui praecisis a me manuum et pedum extremitatibus sub mensa mea ciborum reliquias colligebant. sicut ergo feci, sic mihi dominus retribuit." successit Iudae Gothoniel, huic Aodus. post Aodum Samegar septennium iudicis officio functus est. is de barbaris uno die 600 viros stiva aratri occidit. successit huic Baracus, collega Debora fatidica. horum aetate Prometheus et Orpheus Thrax Graecorum sapientissimi,

οἱ σοφώτατοι παρ᾽ Ἕλλησι, καὶ Ἀσκληπιὸς ὁ ἰατρός, καὶ Λυ-
P 54 κοῦργος ὁ Σπαρτιάτης καὶ νομοθέτης τῶν Ἑλλήνων ἐγνωρίζοντο.
μετὰ δὲ Βαρὰκ γέγονε κριτὴς Γεδεών, ὁ καὶ Ἱεροβάαλ, ἔτη μ΄.
πατάξας τὸν Μαδιὰμ μετὰ τῶν λαψάντων τριακοσίων, ὡς λελέξε-
ται, καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν ἠλόησεν ἐν ταῖς ἀκάνθαις. μετὰ
Γεδεὼν γέγονε κριτὴς Ἀβιμέλεχ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη τρία, πατάξας δὲ
καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν ἐλευθέρων ἄνδρας ο΄ ἐπὶ λίθον
ἕνα, ἐξ ὧν οὐκ ἀπελείφθη πλὴν Ἰωάθαν τοῦ νεωτέρου· ὃς καὶ
ἀνελθὼν ἐν τῷ ὄρει εἶπε τοῖς Σικιμίταις τὴν παραβολὴν τῶν δέν-
δρων, τῆς τε ἐλαίας καὶ τῆς συκῆς καὶ τῆς ἀμπέλου καὶ τῆς ῥά-
μνου, καθ᾽ ἣν καὶ συνέβη αὐτοῖς. καὶ τὰ λοιπὰ τῶν κριτῶν εὑ-
B ρήσεις ἔμπροσθεν.
Ἰστέον οὖν, φησὶν ὁ ἀοίδιμος Χρυσόστομος, ὡς πολυσή-
μαντόν ἐστι τὸ ὄνομα τῆς παραβολῆς. ἔστι γὰρ παραβολὴ λά-
λημα καὶ ὑπόδειγμα καὶ ὀνειδισμός, ὡς ὅταν λέγει Δαυὶδ "ἔθου
ἡμᾶς εἰς παραβολὴν ἐν τοῖς ἔθνεσι, κίνησιν κεφαλῆς ἐν τοῖς λαοῖς."
ἔτι δὲ παραβολὴ αἰνιγματώδης λόγος, ὃ πολλοὶ λέγουσι ζήτημα,
ἐκφαῖνον μέντοι, οὐκ αὐτόθεν δὲ πάντως δῆλον ὂν ἀπὸ τῶν ῥημά-
των, ἀλλ᾽ ἔχον ἐντὸς κεκρυμμένην διάνοιαν, ὡς ὅταν ὁ Σαμψὼν
ἔλεγεν "ἐξῆλθεν ἀπὸ στόματος ἔσθοντος βρῶσις καὶ ἀπὸ ἰσχυροῦ
γλυκύ." καὶ Σολομὼν ἔφη "τότε νοήσεις παραβολὴν καὶ σκοτει-
C νὸν λόγον." λέγεται δὲ παραβολὴ καὶ ὁμοίωσις· ἄλλην γάρ φησι

tum Aesculapius medicus Lycurgusque Spartanus qui Graecis leges condidit, innotuerunt. post Baracum iudicis munus per annos 40 obivit Gedeon, qui et Ierobaalus usurpatur, qui Madiami gentem trecentorum virorum, qui, ut dicetur, aquam lambendo delecti fuerant, exercitu fretus fudit, eiusque principes spinis triturantis in morem concidit. huic filius Abimelechus successit ac triennium praefuit. is fratres suos, liberos homines, numero 70, super uno saxo omnes interfecit; neque fratrum quisquam superfuit praeter unum Ioathanum natu minimum, qui conscenso monte Sicemitis parabolam de arboribus olea ficu vite et rhamno narravit; cuius fabulae rem ea quae ipsis evenerunt comprobavere. reliqua de iudicibus, in progressu invenies.

Porro sciendum est, ait celebris ille Chrysostomus, parabolae vocabulo plures res denotari. nam et sermonem significat et exemplum et opprobrium, ut cum David ait (Psalm. 43) "fecisti nos parabolam gentibus, ut populi capita moveant nobis visis." est etiam parabola oratio qua aliquid per ambages innuitur, quod genus multi quaestionem appellant; cum venisse significatur aliquid, non statim autem ex verbis evidens est, sed intus reconditum habet sensum. ut cum Samson dixit (Iudic. 14) "ab ore voracis cibus exiit et dulcedo a valido." de eodem haec Solomonis sunt verba (Proverb. 1) "tunc parabolam intelliges et obscurum sermonem." dicitur autem parabola etiam similitudo. unde

παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς λέγων "ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ σπείροντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ." καὶ παραβολὴ λέγεται ἡ τροπολογία, οἷόν ἐστι τό "υἱὲ ἀνθρώπου, εἶπον αὐτοῖς τὴν παραβολὴν ταύτην, ὁ ἀετὸς ὁ μεγαλοπτέρυγος," ἀετὸν λέγων τὸν βασιλέα. παραβολὴ λέγεται καὶ ὁ τύπος καὶ ἡ εἰκών, ὡς καὶ ὁ μέγας Παῦλος ἔφη "πίστει προσενήνοχεν ὁ Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ πειραζόμενος, καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν ὁ τὰς ἐπαγγελίας δεξάμενος. ὅθεν καὶ ἐν παραβολῇ τοῦτον ἐκομίσατο," τουτέστιν ἐν τύπῳ καὶ εἰκόνι. καὶ παραβολή ἐστι λόγος παρα- D βάλλων τὰ νοητὰ τοῖς αἰσθητοῖς, καὶ παριστῶν ἐκ τῶν ἐγκοσμίων καὶ ὁρατῶν τὰ ὑπερκόσμια καὶ ἀόρατα. πρόβλημα δέ ἐστι λόγος συνεσκιασμένος καὶ αἰνιγματώδης, κατὰ τὸ εἰρημένον "κλινῶ εἰς παραβολὴν τὸ οὖς μου, ἀνοίξω ἐν ψαλτηρίῳ τὸ πρόβλημά μου." πρόβλημά ἐστι θεώρημα συντεῖνον πρὸς θεωρίαν καὶ γνῶσιν. παράδειγμα δέ ἐστιν ἀπὸ τοῦ καθ' ἕκαστον ἄγον ἐπὶ τὸ καθόλου, ἢ δεῖξις πιστουμένη τὸ μερικὸν διὰ μερικοῦ καὶ ὁμοίου. παροιμία δ' ἐστὶ λόγος ἀπόκρυφος δι' ἑτέρου προδήλου σημαινόμενος. ἀλληγορία δ' ἐστὶν ἡ ἐπὶ τῶν ἀψύχων, οἷον ὀρέων καὶ βουνῶν, P 55 δένδρων καὶ λοιπῶν. τροπολογία δ' ἐστὶν ἡ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων μελῶν, οἷον κεφαλῆς ὀφθαλμῶν καὶ τῶν λοιπῶν· τροπολογία δὲ ἀπὸ τοῦ τρέπεσθαι λέγεται. ἐντεῦθεν ὅρα μοι τὰς πράξεις τῶν κριτῶν.

haec (Matth. 13) "aliam porro eis parabolam proposuit, ita dicens: regnum caelorum simile est homini bono semine agrum suum conserenti." tropologia etiam, cum verbis aliud significantibus res exprimitur, parabolae nomen gerit. ut hic (Ezech. 7) "fili hominis, dic eis hanc parabolam. aquila magnis alis" etc. aquilae nomine regem notat. imago etiam seu exemplar parabolae vocabulo indicatur, ut cum D. Paulus dicit (ad Ebraeos) "fide Isaacum tentatus Abrahamus obtulit, unigenitum suum, accepta iam promissione; unde et per parabolam eum tulit," id est, ut imaginem et exemplar. est etiam parabola oratio quae mente percipienda sensibilibus comparat, et mundanis ac visibilibus rebus invisibilia atque supra hunc mundum sita indicat. problema vero (quaestionem Latine dicere possis) oratio est obumbrata et divinationem requirens. iuxta hoc (Psalm. 48) "inclinabo aurem meam ad parabolam, aperiam in psalterio quaestionem meam." problema etiam est contemplatio ad cognitionem faciens. exemplum est, quod a singulari ad universale adducit; aut cum singulari per singulare sive simile fidem facimus. paroemia sermo est occultus, qui alio manifesto indicatur. allegoria est quae de inanimis sumitur, ut montibus collibus arboribus, et cetera. tropologia, quae a nostris membris ducitur, ut capite, ut oculis, ut reliquis; ab immutatione verborum nomen habet.

Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμεθα καὶ περὶ τῆς τῶν κριτῶν τοῦ Ἰσραὴλ πράξεως ἐν βραχεῖ ἐπισημήνασθαι, ἵνα τοὺς μὲν εἰδότας εἰς ἀνάμνησιν ἀναγάγωμεν, τοῖς δὲ ἀγνοοῦσι μικράν τινα εἴδησιν ἐντεῦθεν παράσχωμεν.

Μετὰ τελευτὴν Ἰησοῦ κατελείφθησαν ἔθνη πρὸς τὸ πειράσαι τὸν Ἰσραήλ· θείᾳ γὰρ προγνώσει ὁ θεὸς ἤδη τὴν ἀποστασίαν αὐτῶν, ὅτι προστεθήσονται τοῖς εἰδώλοις, καὶ ἐξέδοτο αὐτοὺς εἰς B χεῖρας τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν τῶν καταλειφθέντων, καὶ ἐταπείνωσαν καὶ ἐφορολόγουν αὐτούς. κατῆλθε δὲ ἄγγελος κυρίου εἰς τὴν κοιλάδα καὶ πᾶς Ἰσραήλ· καὶ ἤλεγξεν αὐτοὺς ὁ ἄγγελος περὶ τῆς ἀποστασίας αὐτῶν, καὶ ὅτι διὰ τοῦτο παρεδόθησαν τοῖς ἔθνεσι. καὶ ἔκλαυσε πᾶς ὁ λαός, μνησθέντες τῶν εὐεργεσιῶν κυρίου καὶ τῆς ἐνισταμένης κακώσεως αὐτῶν. ὅθεν ἐκλήθη ὁ τόπος ἐκεῖνος κοιλὰς κλαυθμῶνος· διὰ γὰρ τὸ μὴ ἐξολοθρεῦσαι τὸν Ἰσραὴλ τὰ ἔθνη ἃ εἶπε κύριος αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ μαθεῖν τὰ ἔργα αὐτῶν καὶ μιγῆναι αὐτοῖς καὶ δουλεῦσαι τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν, διὰ τοῦτο C παρεδόθησαν εἰς χεῖρας τῶν ἀλλοφύλων. τῇ οἰκείᾳ δὲ φιλανθρωπίᾳ κινούμενος ὁ θεὸς ᾠκτείρησε τὸν Ἰσραήλ, καὶ ἀνέστησεν αὐτῷ πρῶτον κριτὴν τὸν Γοθονιήλ, γαμβρὸν ὄντα τοῦ Χάλεβ, ὅστις Χάλεβ ζήσας ἔτη ρζʹ ἐν δυνάμει ὡς νεανίας εἰσήρχετο καὶ ἐξήρχετο ἐν τῷ πολέμῳ. καὶ ἐνίσχυσε κύριος τὸν Γοθονιήλ, καὶ τὸν βασιλέα Συρίας ἐπάταξε. καὶ εἰρήνευσεν ἡ γῆ ἕως τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἔτη μʹ. καὶ πάλιν ἀπέστη Ἰσραὴλ ἀπὸ κυρίου, καὶ ἐπήγειρεν αὐ-

Necessarium duxi hoc loco de iudicum Israelicorum rebus gestis breviter commemorare, ut et quibus eae cognitae sunt, in memoriam revocentur, et quibus ignotae, illis vel parvam earum notitiam praebeamus.

Mortuo Iosua quaedam gentes ad tentandum Israelem relictae fuerunt. praenoverat enim deus fore ut a se deficerent ac falsos deos amplecterentur: itaque eos in hostium suorum superstitum manus dedidit, qui eos oppresserunt ac stipendiarios fecerunt. tum (Iudic. 2) angelus dei in convallem, in quam universus populus convenerat, descendit, eique suam defectionem exprobravit, indicans eam fuisse causam cur barbaris dederentur. fletum ibi universus populus sustulit, domini beneficiorum et praesentis miseriae memoria. itaque ei loco nomen Vallis fletus inditum. quod enim Israelicus populus gentes quas deleri iusserat deus non exciderat, sed opera eorum didicisset, iis se permiscuisset atque sculpta eorum simulacra cultu dignatus esset, ideo in potestatem barbarorum erat deditus. deus tamen sua motus humanitate eum miseratus est, excitavitque ei primum iudicem Gothonielum Chalebi generum (Iudic. 3). is Chalebus cum annos 107 vixisset, viribus veluti adolescens integris in bello versabatur. Gothonielus autem robore divinitus praeditus regem Syriae clade affecit, pacemque suis restituit, quae annos 40 duravit, usque ad Gothonieli mortem. rursum inde a domino defecerunt

τοῖς κύριος τὸν Ἐκλὼμ βασιλέα Μωάβ, καὶ ἐδουλώσατο τὸν Ἰσραὴλ ἔτη ιη'. καὶ ἐβόησεν πάλιν ὁ λαὸς πρὸς κύριον, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς κριτὴν τὸν Ἀὼδ ἄνδρα ἀμφοτεροδέξιον, ὃς τολμήσας ἀνεῖλεν Ἐκλὼμ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ δόλῳ, καὶ φυγὼν διεσώθη. καὶ D παρευθὺς λαμβάνει τὸν Ἰσραήλ, καὶ πατάσσει τὴν Μωὰβ παταγμὸν μέγαν, καὶ ἡσυχάζει ἡ γῆ ἔτη ὀγδοήκοντα. καὶ μετὰ τελευτὴν τὴν αὐτοῦ ἀπέστη πάλιν ὁ λαός, καὶ ἐταπείνωσεν αὐτοὺς ὁ Σισάρρα ὁ δυνάστης, βασιλεὺς Ἰαβίν, ἔτη η'. καὶ προσκαλεῖται Δεβόρρα ἡ προφῆτις τὸν Βαράκ (ἦν γὰρ αὕτη τότε κρίνουσα τὸν λαόν), καὶ συμπορεύεται μετ' αὐτοῦ ἐπὶ Θαβώρ, καὶ δίδωσιν αὐτῷ δήλους ὅτι αὕτη ἡμέρα ἐν ᾗ σώσει κύριος τὸν Ἰσραὴλ ἐκ χειρὸς Μαδιάμ. κατεδίωξε δὲ Βαρὰκ τὸν Σισάρρα, καὶ συνέτριψε τὰ ἅρματα αὐτοῦ. κατέβη δὲ Σισάρρα ἐκ τοῦ ἅρματος αὐτοῦ, καὶ ἔφυγε μόνος, ἕως εἶδεν αὐτὸν Ἰαὴλ γυνὴ ἀστεία, καὶ προσεκαλέ- P 56 σατο αὐτὸν λέγουσα "ἔκκλινον κύριε πρός με, μὴ φοβοῦ." καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτήν, καὶ ἐπότισεν αὐτὸν γάλα διὰ τὸ δίψος, καὶ κοιμίσασα πασσάλῳ ἀπέκτεινεν αὐτόν. καὶ ἡσύχασεν ἡ γῆ ἐπὶ Βαρὰκ ἔτη μ'. αὖθις δὲ Ἰσραὴλ ἐπέθετο τοῖς εἰδώλοις, καὶ γεγόνασιν ἐν χειρὶ Μαδιὰμ ἔτη ζ'. τότε ὤφθη ἄγγελος κυρίου τῷ Γεδεών, λέγων "ἐν τῇ χειρί σου κύριος παραδίδωσι τὴν Μαδιάμ." ᾔτησε δὲ Γεδεὼν γενέσθαι θυσίαν τῷ κυρίῳ, καὶ ἥψατο ὁ ἄγγελος τῷ ἄκρῳ τῆς ῥάβδου αὐτοῦ τῆς θυσίας, καὶ ἐξῆλθε πῦρ καὶ κατέκαυσεν αὐτήν. καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ ὁ ἄγγελος. τότε ἔγνω

Israelici; isque eis Eglonem Moabicum regem immisit, qui per annos 18 populum Israelicum servitute pressit. denuo itaque auxilium dei oppressi implorarunt; qui eis iudicem dedit Aodum, virum ambidextrum. is praeclarum ausus facinus Eglonem domi suae dolo interfecit, fugaque elapsus, confestim Israelico exercitu assumpto, magna Moabitas clade affecit. postea annis 80 Iudaeis quieta omnia fuerunt. sub eius mortem cum populus Israelicus rursus a deo descivisset, per annos 20 eum Sisera Iabini regis copiarum dux oppressit. tum Debora vates, quae eo tempore populo praeerat (Iudic. 4), adscito Baraco una ad montem Thaborem proficiscitur, testata eum esse diem quo deus Israelum esset a Madianitis liberaturus. porro Baracus Siseram in fugam actum insecutus est, atque eius currus comminuit. ipse quidem Sisera de suo curru descendit solusque fugit. quem conspicata Iaela, mulier egregia, ad se vocavit, hortata ut metus securus ad se diverteret. ingresso sitis restinguendae gratia lac bibendum exhibuit, sopitumque clavo trucidavit. sub Baraco inde populo pax 40 annos fuit. post, cum denuo ad simulacrorum cultum se dedisset, in Madianitarum manu per septennium fuit. ea tempestate (Iudic. 6. 7) angelus Gedeoni apparuit, qui ei indicaret fore ut in ipsius manum deus Madianitas traderet. ibi cum Gedeon petiisset ut sibi rem sacram deo facere permitteretur, angelus summitate virgae sacrificium tetigit, ignisque inde exarsit idque consumpsit, ac

B Γεδεὼν ὅτι ἄγγελος συνελάλει, καὶ ἐφοβήθη. εἶτα αἰτεῖ τὴν δισσὴν αἴτησιν περὶ τοῦ πόκου, καὶ τυγχάνει τῆς αἰτήσεως. εἶτα καταστρέφει τὸν βωμὸν ἐν ᾧ ἐθεράπευσεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὸν Βαάλ, καὶ ποιεῖ ἐκεῖ θυσιαστήριον, καὶ θύει τῷ θεῷ δάμαλιν. εἶτα προκαλεῖται τὸν λαὸν καὶ ἀποστρέφει τοὺς δεδιότας, εἴκοσι καὶ δύο χιλιάδας. εἶτα παραλαμβάνει τὰς ἀπολειφθείσας δέκα χιλιάδας, καὶ προστάξει θεοῦ κάτεισιν ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ τοὺς λάψαντας τῇ γλώσσῃ τριακοσίους κατέχει, ἀποπέμπει δὲ τοὺς λοιπούς. ὡς δὲ ἐναγώνιος ἐγένετο τῇ βραχύτητι τῶν συμμάχων, ἐπιτρέπεται παρὰ θεοῦ τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ κατελθεῖν ἐν τῇ παρεμβολῇ

C Μαδιὰμ μόνος μετὰ παιδαρίου. κατελθὼν δὲ ἤκουσεν ἐν τῇ παρεμβολῇ λεγόντων μαγίδα κριθινὴν ἐν ὕπνῳ τεθεᾶσθαι τὸν λέγοντα ἐν τῇ παρεμβολῇ Μαδιάμ, ἥτις ἀνακυλιομένη ἐν παντὶ τῷ λαῷ ἔφθασεν ἕως τῆς σκηνῆς τοῦ βασιλέως, καὶ ἐπάταξεν ἡ μαγὶς τὴν σκηνήν, καὶ ἔπεσε. καὶ εἶπον οἱ ἀκούοντες "οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλ' ἢ ἡ ῥομφαία τοῦ Γεδεών· παραδώσει γὰρ ὁ κύριος τὴν παρεμβολὴν ταύτην ἐν χειρὶ αὐτοῦ." καὶ ἤκουσε Γεδεὼν καὶ ἐνίσχυσε. καὶ ἀνῆλθεν ἐν τῇ ἐκείνῃ νυκτὶ πρὸς τὴν παρεμβολήν, καὶ ἐνίσχυσε τοὺς τριακοσίους ἄνδρας τοὺς μετ' αὐτοῦ, δέδωκε δὲ αὐτοῖς ἀμφορεῖς καὶ λαμπάδας καὶ σάλπιγγας. καὶ κατελθὼν πεποίηκεν ὡς

D γέγραπται. ἦν δὲ Μαδιὰμ μυριάδες τριακόσιαι δώδεκα, ὡσεὶ ἀκρὶς ἐν πεδίῳ κεχυμένη, καὶ οὐκ ἦν ἀριθμὸς τοῦ λαοῦ αὐτῶν ἢ τῶν καμήλων αὐτῶν. καὶ ἐπεὶ ἐξέστησεν αὐτοὺς ὁ θεός, κατεδίωξε Γεδεὼν ὀπίσω αὐτῶν. γνόντες δὲ οἱ ἐπίλοιποι προκατέλα-

discessit angelus. sensit ergo Gedeon angelum secum fuisse locutum, ac timuit. inde duplicis de vellere voti divinitus compos factus, altare quod ad Baali cultum pater usurpabat subvertit, eoque loco ara exstructa deo buculam immolat. tum convocato populo, 22 milia eorum qui sibi metuebant discedere domum iubet, et reliqua 10 milia virorum iussu dei ad amnem deducit, ubi reliquis omnibus repudiatis trecentos tantum, qui lingua aquam canum ritu lampendo bibissent, retinet. ea tam parva manu instructus mandato dei solus ea nocte cum puero in castra Madianica descendit. ibi audivit insomnium sibi invicem narrantes, imaginatos se per quietem videre pastam hordeaceam volutari per Madianica castra, perque tota castra volutatam ad regis tandem tentorium perlatam impulisse id atque deiecisse. id auditores ita interpretari, nihil aliud significatum eo insomnio quam Gedeonis gladium, in cuius manum deus ea castra esset traditurus. hoc inauditum Gedeonis animum confirmavit; eaque nocte in sua reversus castra, fiducia 300 viros suos implevit, ac instructos amphoris lampadibus atque tubis ad hostium castra deduxit: ibi tum res gesta est quomodo scriptura exponit. erant in castris hostium ter millena centumque ac viginti milia hominum, veluti locustarum multitudo per agros diffusa; neque numerus camelorum iniri poterat. postquam deus in fugam eos coniecit, insecutus est Gedeon.

βον τὰς διαβάσεις τῶν ὑδάτων ἕως τοῦ Ἰορδάνου, καὶ συνέλαβον φεύγοντας τοὺς δυνάστας Μαδιὰμ Ὠρὴβ καὶ Ζήβ, καὶ τεμόντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν προσήνεγκαν τῷ Γεδεών. διαβὰς δὲ τὸν Ἰορδάνην ὁ Γεδεὼν ἐπάταξε τὴν παρεμβολὴν Μαδιάμ, καὶ ἐξέφυγον οἱ βασιλεῖς Μαδιὰμ Ζεβεὲ καὶ Σαλμανᾶ ἐκ τῆς παρεμβολῆς· καὶ κατεδίωξε Γεδεὼν ὄπισθεν αὐτῶν, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτούς. P 57 ἔλαβε δὲ τὰ ἐνώτια τὰ χρυσᾶ ἐκ τῶν σκύλων, καὶ ἐποίησεν ἐφούδ, καὶ ἔστησεν αὐτὸ ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ ἐν Ἐφραθᾷ, εἰς τὴν κληρονομίαν Μανασσῆ. καὶ ἐξεπόρνευσε πᾶς Ἰσραὴλ ἐπ' αὐτῷ, καὶ γέγονε σκάνδαλον τῷ λαῷ. καὶ ἡσύχασεν ἡ γῆ ἐπὶ Γεδεών, ὃς καὶ Ἱεροβάαλ ἐλέγετο, ἐπὶ ἔτη μ'. ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις τοῦ Γεδεὼν ἦν Ὀρφεὺς ὁ Θρᾷξ ὁ λυρικὸς ὁ Βρυώσιος, ὁ σοφώτατος καὶ περιβόητος ποιητής, ὅστις ἐξέθετο θεογονίας καὶ κόσμου κτίσιν καὶ ἀνθρώπων πλαστουργίαν, εἰρηκὼς ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ συντάγματος αὐτοῦ ὅτι ἐκ ἰδίας ἐνθυμήσεως οὐκ ἐξέθετό τι περὶ θεοῦ ἢ τῆς κοσμικῆς κτίσεως, ἀλλ' αἰτησαμένου αὐτοῦ μαθεῖν παρὰ τοῦ B Φοίβου Τιτᾶνος ἡλίου τὴν θεογονίαν καὶ τὴν τοῦ κόσμου κτίσιν, καὶ τίς ἐποίησεν αὐτήν. ἐκφέρεται γὰρ ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκθέσει διὰ ποιητικῶν στίχων οὕτως.

ὦ ἄνα Λητοῦς υἱέ, ἑκατηβόλε, Φοῖβε, κραταιέ.
ὦ δέσποτα ἡμέρας υἱέ, ὁ τὰ πάντα πόρρωθεν ἐν ταῖς ἀκτῖσί σου τοξεύων, ἀμίαντε καὶ δυνατέ.
πάνδερκες, θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσων,
ὁ τὰ πάντα ἐπιβλέπων, θνητῶν καὶ ἀθανάτων βασιλεύων.

et reliqui re cognita traiectus amnium usque ad Iordanem occupaverunt. principesque Madianicos Orebum et Zebum in fuga comprehensos capitibus truncaverunt, eaque ad Gedeonem attulerunt. is transmisso Iordane castra Madianica cepit; fugaque ex iis elapsos reges Zebeam et Salmanam persecutus interfecit. ex praeda autem inaures aureas accepit Gedeon, confecitque Ephodum, quod in urbe sua Ephra collocavit, in dicione Manassaea. ad illud Ephodum totus populus Israelicus impegit, illicitos cultus ei exhibendo. sub hoc Gedeone, qui et Ierobaalus dicitur, quadraginta annos conquievit populus. Gedeonis aetate fuit Orpheus Thrax, lyricus, Bryosius, sapientissimus ac celeberrimus poeta. is theogoniam, mundi creationem, hominis effictionem exposuit, initio operis praefatus nihil se istarum rerum de sua sententia scripsisse, verum se ex Phoebo Titano sole quaesivisse genus deorum quod esset, ac quis mundum condidisset. exstant in eius isto opere hi versus.

rex Phoebe, arcitenens, Latonae vivida proles,
lucipotens, o qui radiis iacularis ab alto
cuncta tuis, qui cuncta oculis purissime lustras,
res hominum divumque videns et cuncta gubernans.

ἠέλιε χρυσέοισιν ἀειρόμενε πτερύγεσσιν.
ἥλιε τιμίαις εἰς τὸν ἀέρα ὑψούμενε πτέρυξι.
δωδεκάτην δὴ τήνδε περί σου ἔκλυον ὀμφήν,
σεῖο φαμένου. σὲ δ' αὐτὸν ἐκήβολε μάρτυρα θείην.

C *καὶ ἄλλους δὲ πολλοὺς περὶ τούτων εἶπε στίχους ὁ αὐτὸς Ὀρφεύς. ἔφρασε δὲ ἐκ τῶν προειρημένων στίχων ὅτι ὡς ἐκ τῆς εὐχῆς ἀκούσας περὶ θεογονίας καὶ κτίσεως κόσμου συνεγράψατο. παρείθησαν δὲ διὰ τὸ πλῆθος. λέγει δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ταῦτα, ὅτι ἐξ ἀρχῆς ἀνεδείχθη τῷ κόσμῳ ὁ αἰθὴρ ὑπὸ τοῦ θεοῦ] δημιουργηθείς, ἐντεῦθεν δὲ καὶ ἐντεῦθεν τοῦ αἰθέρος ἦν χάος καὶ νὺξ ζοφερά, πάντα δ' ἐκάλυπτε τὰ ὑπὸ τὸν αἰθέρα, σημαίνων τὴν νύκτα προτερεύειν, εἰρηκὼς ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκθέσει ἀκατάληπτόν τινα καὶ πάντων ὑπέρτατον εἶναι, προγενέστερόν τε καὶ δημιουργὸν ἁπάντων, καὶ αὐτοῦ τοῦ αἰθέρος καὶ πάντων τῶν ὑπ' αὐτὸν τὸν αἰθέρα. τὴν δὲ γῆν εἶπεν ὑπὸ τοῦ σκότους ἀόρατον οὖσαν. ἔφρασε δὲ ὅτι*
D *τὸ φῶς ῥῆξαν τὸν αἰθέρα ἐφώτισε πᾶσαν τὴν κτίσιν, εἰπὼν ἐκεῖνο εἶναι τὸ φῶς τὸ ῥῆξαν τὸν αἰθέρα τὸ προειρημένον τὸ ὑπέρτατον πάντων. οὗ ὄνομα ὁ αὐτὸς Ὀρφεὺς ἀκούσας ἐκ τῆς μαντείας ἐξεῖπε μῆτις, ὅπερ ἑρμηνεύεται βουλή, φῶς, ζωοδοτήρ. εἶπεν ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκθέσει ταύτας τὰς τρεῖς θείας τῶν ὀνομάτων δυνάμεις μίαν εἶναι δύναμιν, καὶ κράτος τούτων θεὸν ὃν οὐδεὶς ὁρᾷ· ἧς τινὸς δυνάμεως οὐδεὶς δύναται γνῶναι ἰδέαν ἢ φύσιν. ἐξ αὐτῆς δὲ τῆς δυνάμεως τὰ πάντα γεγενῆσθαι, ἀρχὰς ἀσωμάτους καὶ*

o sol, auratis qui sursum attolleris alis
et liquidum intactis velox petis aëra pennis,
iste duodecimus mihi te nunc sermo loquente
auditur: mea te firma est oratio teste.

atque eadem de re multi etiam versus sunt Orphei: sed et in his quos rettulimus indicat, quae voti compos factus, quae de deorum genere et mundi origine audivisset conscripserit: reliqui ob multitudinem sunt omissi. inter alia hoc etiam dicit, principio aetherem (sive id caelum dicere voles) in mundo exstitisse a deo fabricatum. ab utraque autem aetheris parte fuisse chaos et caliginosam noctem, qua quicquid est infra aetherem fuerit occultatum, eo indicans, noctem praecessisse. in eodem opere dixerat esse quendam incomprehensibilem omnibusque rebus priorem ac superiorem, atque omnium conditorem, cum ipsius aetheris tum universorum quae infra sunt. terram autem prae tenebris conspici non potuisse, donec lux aethere perrupto omnia condita illustravit. eam lucem id esse quod omnibus rebus superius ante dixerat. perhibuit etiam nomen huius lucis, oraculo sibi revelatum. haec enim ponit: consilium, lux, vitae dator. atque ait has tres divinas nominum facultates unam esse vim ac potentiam, quippe deum invisibilem, cuius facultatis speciem atque naturam nemo possit cognoscere. ceterum ex ea omnia orta esse principia incorporea,

ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἐξουσίαν καὶ ἄστρα πάντα, γῆν καὶ θάλασσαν, καὶ τὰ ὁρώμενα ἐν αὐτοῖς πάντα καὶ τὰ ἀόρατα. τὸ δὲ τῶν P 58
ἀνθρώπων γένος εἶπεν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ θείου πλασθὲν ἐκ γῆς καὶ ψυχὴν ὑπ' αὐτοῦ λαβεῖν λογικήν, καθὼς Μωϋσῆς ἐξέθετο. ὁ δὲ αὐτὸς Ὀρφεὺς ἐν τῇ αὐτοῦ βίβλῳ συνέταξεν ὅτι διὰ τῶν αὐτῶν τριῶν ὀνομάτων μιᾶς θεότητος τὰ πάντα ἐγένετο καὶ αὐτός ἐστι τὰ πάντα. περὶ δὲ τοῦ ταλαιπώρου γένους τῶν ἀνθρώπων ὁ αὐτὸς Ὀρφεὺς ἐξέθετο ποιητικῶς στίχους πολλούς, ἀφ' ὧν εἰσὶν οὗτοι.

θῆρες τ' οἰωνοί τε βροτῶν τ' ἀλητώσια φῦλα,
θηρία, ὄρνεα, τῶν ἀνθρώπων τὰ καταναλισκόμενα ἔθνη,
ἄχθεα γῆς, εἴδωλα τετυγμένα,
εἰδότες οὔτε κακοῖο προσερχομένοιο νοῆσαι·
φράδμονες οὔτε ποῖον μάλ' ἀποστρέψαι κακότητος,
οὐδ' ἀγαθοῦ παρεόντος ἐπιστρέψαι καὶ ἔρξαι, B
ἀλλὰ μάτην ἀδαήμονες ἀπρονόητοι.

καὶ ἄλλους δὲ πολλοὺς περὶ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους ἐξέθετο στίχους ὁ αὐτὸς σοφώτατος Ὀρφεύς. ταῦτα Τιμόθεος συνεγράψατο ὁ χρονογράφος, λέγων τὸν Ὀρφέα πρὸ τοσούτων χρόνων εἰπόντα τριάδα ὁμοούσιον δημιουργῆσαι τὰ πάντα.

Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις ἐκτίσθη τὸ Ἴλιον ὑπὸ τοῦ Ἴλου· μετὰ δὲ λδ' ἔτη τοῦ κτισθῆναι τὸ Ἴλιον ἐκτίσθη Κύζικος, μητρό-

solem lunam potestates sidera terram mare ac quaecunque in his vel videntur vel conspectum fugiunt. humanum porro genus ab ipso deo ait effictum, animamque ab eo accepisse ratione praeditam, sicuti et Moses exposuit. idem Orpheus eodem libro scriptum reliquit a tribus his nominibus una divina natura facta esse omnia, deumque ipsum esse omnia. miserias autem generis humani idem multis versibus descripsit, de quibus sunt et qui sequuntur.

bruta, ferae, volucres, hominumque miserrima turba,

(feras et volucres vocat mortuos)

pondera telluris simulacraque lumine cassa,
ignari rerum: non qua ratione malorum
effugiant impendentes novere procellas,
nec quo declinent sua detrimenta labore,
nec bona quo possint studio praesentia apisci.
verum imprudentes agitat temerarius error.

multosque alios in hanc rem praeterea versus sapientissimus Orpheus edidit. haec ex Timotheo annalium scriptore, qui refert tam multis retro saeculis Orpheum pronuntiasse trinitatem consubstantialem universa creasse.

Eodem tempore Ilus Ilium condidit, et 34 annis post Cyzicus Cyzi-

πολις Ἑλλησπόντου καὶ Ἀσίας ὑπὸ Κυζίκου. ἐκτίσθη δὲ καὶ Τύρος πρὸ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ ἔτεσι τριακοσίοις καὶ πεντήκοντα πρὸς τῷ ἑνί.

C Ἐν τοῖς χρόνοις τῶν κριτῶν ἐγνωρίζετο καὶ Ἡρακλῆς ὁ ἥρως καὶ οἱ Ἀργωναῦται οἱ περὶ τὸν Ἰάσονα τὸν Θετταλόν, οἵτινες ἀνιόντες τὸν ἀνάπλουν τῆς Ποντικῆς θαλάσσης ἐπολεμήθησαν ὑπὸ Κυζίκου τοῦ βασιλέως τῆς Ἑλλησπόντου ἐξαίφνης. καὶ συμβαλόντες ἀλλήλοις ναυμαχίᾳ ἀπέκτειναν τὸν Κύζικον, καὶ παρέλαβον τὴν πόλιν αὐτοῦ τὴν Κύζικον. μεμαθηκότες δὲ ὅτι Κύζικος ὁ σφαγεὶς ὑπ' αὐτῶν συγγενὴς αὐτῶν ὑπῆρχεν, ᾔτουν συγγνώμην τῆς ἀγνοίας αὐτῶν, καὶ ἀποθεραπεύοντες τὸ θεῖον ἔκτισαν ἐν αὐτῇ τῇ Κυζίκῳ ἱερόν, καθὼς ἔμπροσθεν λέξομεν, περί τε τοῦ δοθέντος αὐτοῖς χρησμοῦ ἀπὸ τῶν Πυθίων θερμῶν καὶ περὶ τῶν ἄλλων.

D Ὅτι οὐκ ἐν θεοῖς ἑτέροις ἀνέθηκε Γεδεὼν τὸ ἐφούδ, ἀλλὰ τῷ ὄντι θεῷ. ἀλλ' ἐπεὶ τοῦ νενομισμένου τόπου καὶ τοῦ νόμου ἀλλότριον πέπραχε καὶ σκάνδαλον γέγονε τῷ Ἰσραήλ, συνέβη γενέσθαι ἐξολόθρευσιν τοῦ οἴκου αὐτοῦ. οὗτος γὰρ ὁ Γεδεὼν ο' υἱοὺς ἔσχε, πολλαῖς γυναιξὶ καὶ παλλακαῖς μιγνύμενος. ἐκ μιᾶς δὲ τούτων ἐτέχθη αὐτῷ Ἀβιμέλεχ, ὃς ἀπέσφαξε τοὺς λοιποὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἐπὶ λίθον ἕνα, ἑνὸς καὶ μόνου διαφυγόντος Ἰωάθαμ, θωπείᾳ δὲ ἀπεπλάνησε τὸν λαὸν καὶ ἐβασίλευσεν αὐτῶν. Ἰωάθαμ δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐφ' ἓν τῶν ὀρέων ἀνελθὼν προσεφώ-
P 58 νει τοῖς Σικιμίταις τὰς εὐεργεσίας τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, εἰπὼν αὐτοῖς περὶ τῆς ἐλαίας καὶ τῆς συκῆς καὶ τῆς ἀμπέλου καὶ τῆς ῥάμνου

cum Hellesponti et Asiae caput. condita est etiam Tyrus annis ante Hierosolymitanum templum 351.

P 81 καὶ ξυλοφορεῖν τῷ λαῷ προσέταξε. τοὺς δὲ Ἀμορραίους πολεμῶν ἔστησε τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαώ, καὶ κατὰ φάραγγα Ἐλὼμ τὴν σελήνην, ἕως ἐξεπολέμησε τοὺς ἐχθρούς. πᾶσαι δὲ ἃς παρέλαβεν Ἰησοῦς τοῦ Ναυῆ βασιλείας εἰκοσιεννέα ἦσαν, ἐπαρχίαι δὲ ἑπτά, πάρεξ τῶν τῆς Ἱεριχὼ καὶ τῆς Γέθ. τὴν δὲ Ἱεριχὼ πόλιν καὶ Φοινίκων πόλιν ὀνομάζει, Κινναίους δὲ τοὺς ἀπογόνους Ἰοθόρ. οὗτος τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας τῶν Ἰουδαίων ἔθνει διανέμει εἰς κλῆρον. τελευτᾷ δὲ ζήσας ἔτη ἑκατὸν δέκα, κρατήσας τοῦ Ἰσραὴλ

bellum apti erant, incircumcisi manserant. causa fuit quod ab omnibus alienigenis separati nihil circumcisione indigebant. praeclare itaque a divino apostolo dictum est (1 Cor. 7), neque circumcisionem quicquam valere neque praeputium, sed praeceptorum dei observationem. quo die novis fructibus populus vesci coepit, eo manna defecit. tunc et divini exercitus principem Michaelum Iosua Ierichunte vidit, urbsque ipsi ab eo tradita est. cum enim populus eam per sex dies circumivisset, simul gestata foederis arca, posteaquam tubis cecinit ac clamorem sustulit, moenia urbis corruerunt populusque in eam intravit. oppidani internecione deleti sunt cum bestiis suis, sola Rahaba meretrice et eius familia superstite. tunc et Achanus lapidibus cum familia sua coopertus est, quod de praeda esset peculatus. tunc etiam Gabaonitae, Evaei posteri ac reliqui, simulato se longinquam terram incolere, cum Iosua foedus pepigerunt. quos cum deinde Iosua intellexisset finitimos esse, capitibus quidem eorum pepercit, populi tamen Israelici lixas calonesque esse iussit. cum Amorraeis porro pugnans solem apud Gabaonem lunamque ad vallem Elomam subsistere iussit, dum hostes exscinderet. regna in suam potestatem redegit Iosua numero 29, principatus 7, excepta Ierichunte et Getha. urbem Ierichuntem etiam Phoenicum urbem appellat, Cinnaeos posteritatem Iothoris. Iosua ergo terram promissam Iudaico populo tributim distribuit. mortuus est annos natus 110, cum

ἔτη εἴκοσι ἑπτά. καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν Θαμναθσαράχ, ἐν τῷ ὄρει B
Ἐφραΐμ, συνθάψαντες αὐτῷ καὶ τὰς πετρίνας μαχαίρας.

Ὅτι τῶν Ἀργείων μετὰ Ἴναχον ἐβασίλευσε Φορωνεύς, καὶ ἄλλοι δὲ πλείους μετ' αὐτὸν ἕως τοῦ Λυγκέως, ὃς Δαναῷ πολεμήσας τῷ βασιλεῖ, καὶ τοῦτον ἀποκτείνας, τήν τε βασιλείαν αὐτοῦ καὶ τὴν θυγατέρα Κλυταιμνήστραν εἰς γυναῖκα παρέλαβε. μετὰ τοῦτον Μεριόπας πέντε μόνους χρόνους βεβασιλευκὼς αὐτὸς καταλύεται, καὶ ἡ βασιλεία τῶν Ἀργείων ἐπὶ φμθ' ἔτη διαρκέσασα εἰς Σικυωνίτας τοὺς Ἑλλαδικοὺς μεταπεπτώκει.

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Μωϋσέως γέγονέ τις ἀνὴρ μέγας, ἐκ τῆς φυλῆς Ἰάφεθ, ὃς αὐτόχθων ὢν ἐβασίλευσε τῆς Ἀττικῆς ἔτη λβ'. ὄνομα τῷ ἀνδρὶ Γύγης. ἐπ' αὐτοῦ γέγονε κατακλυσμὸς ἐν τῇ C
Ἀττικῇ μόνῃ· αὐτός τε ἀπώλετο καὶ ἡ χώρα πᾶσα, καὶ ἕως ἐτῶν διακοσίων ἔρημος ἔμεινεν.

Ἐν δὲ τοῖς καιροῖς τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τῆς τῶν Μολοσσῶν χώρας αὐτόχθων τις, Ἀΐδης ὄνομα, βεβασιλευκὼς μετὰ Μελινδίας τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ἔσχε θυγατέρα τὴν Περσεφόνην, ἧς Πειρίθους ὁ αὐτοῦ συγκλητικὸς ἐρασθεὶς κατὰ σύνταξιν αὐτῆς ἁρπάσαι ταύτην νυκτὸς ἐβουλήθη. τοῦτο γνοὺς Ἀΐδης, ὃν εἶχε κύνα μέγιστον καὶ ἄγριον, Τρικέρβερον ἐπονομαζόμενον, ἔξω τῆς θύρας ἔστησε Περσεφόνης ἀγνοούσης. τοῦ δὲ Πειρίθου πρὸς αὐτὴν παραγενομένου νυκτός, ἐφορμήσας ὁ κύων ἀνεῖλεν

12 Ὠγύγης?

Israelicum populum annos 27 rexisset. humatus est Thamnathsarache in montibus Ephraimicis, cumque eo lapidei cultri.

In Argivos post Inachum Phoroneus regnum obtinuit, ac post hunc plures alii usque ad Lynceum, qui Danao regi bellum intulit, eum occidit, regnoque potitus filiam eius Clytaemnestram uxorem duxit. post hunc Meriopas cum quinque annos tantum regnasset, imperio excidit; atque sic regnum Argivorum, cum 549 annos durasset, ad Sicyonios Graecos translatum est.

Mosis aetate quidam magnus vir Gyges nomine, de Iapeti stirpe, Atticam indigena ipse regno tenuit, per annos 32. eo regnante diluvium in sola Attica exstitit, quo et rex periit et tota ea regio, quae etiam per 200 deinceps annos vasta atque inculta iacuit.

Quo tempore Israelicus populus ex Aegypto est egressus, Molossis indigena quidam, Aides nomine (Plutonem Latini vocant) cum uxore sua Melindia imperavit. ei regi filia fuit, nomine Proserpina. quam cum Pirithous regis consiliarius amaret, re cum virgine composita noctu eam rapere instituit. deprehenso hoc conatu Pluto canem, quem vasto corpore et saevum habebat, Tricerberum nomine, foris ad ianuam Proserpinae ipsa rei imprudente constituit. ita Pirithoum noctu se ad illam conferentem adortus canis interfecit; atque ipsam quoque Proser-

αὐτόν. ἐξελθοῦσα δὲ πρὸς τὴν ταραχὴν ἡ κόρη διεσπάρακται
D καὶ αὐτὴ τῷ κυνί. ἐντεῦθεν ἐρρήθη ὅτι ὁ Πλούτων, τὸ τοῦ ἀνδρὸς εὔπορον σημαίνων, τὴν κόρην Περσεφόνην ἁρπάσας ἐς ᾅδην ᾤχετο.

Ὅτι ὁ Αἰγιαλεὺς πρῶτος Σικυωνιτῶν πεντήκοντα δύο ἔτη ἦρξε· μεθ᾽ ὃν ἄλλοι κς΄ ἕως τοῦ καλουμένου Ζευξίππου, ὃς ἔτος ἓν καὶ τριάκοντα ἐβασίλευσεν ἐν αὐτοῖς. καὶ κατέσχεν αὐτῶν ἡ βασιλεία ἔτη ἐννακόσια ὀγδοήκοντα.

Τὰ δὲ δυτικὰ καὶ τὰ κατὰ Ἰταλίαν μέρη ὑπὸ τῶν υἱῶν Πίκου τοῦ καὶ Διὸς ἐτοπαρχοῦντο. ἐν δὲ τοῖς Ἕλλησιν ὁ Προ-
P 82 μηθεὺς καὶ Ἐπιμηθεὺς Ἄτλας τε καὶ ὁ πανόπτης Ἄργος ἐγνωρίζοντο, ὃν καὶ ἑκατοντόφθαλμον διὰ τὸ ὀξυωπέστατον καὶ περίβλεπτον εἶναι τὴν διάνοιαν ἐκάλουν. καὶ ὁ μὲν Ἄτλας ἀστρονομικὴν μετῄει ἐπιστήμην, διὸ καὶ τὸν οὐρανὸν βαστάζειν αὐτὸν ἐμυθεύσαντο, Προμηθεὺς δὲ γραμματικήν, ὥς φασιν, ἐξεῦρεν. οἱ δὲ Ἀναξαγόρειοι ἑρμηνεύουσι νοῦν μὲν τὸν Δία, τὴν δὲ Ἀθηνᾶν τέχνην. ὅθεν καὶ τό "χειρῶν ὀλλυμένων ἔρρει πολύμητιν Ἀθήνην." τὸν δὲ Προμηθέα νοῦν ἔλεγον· προμήθεια γάρ ἐστιν ἀνθρώποις ὁ νοῦς. διὸ καὶ μυθεύονται τοὺς ἀνθρώπους μεταπεπλάσθαι, δηλονότι ἀπὸ ἰδιωτείας εἰς γνῶσιν. Ἐπιμηθεὺς δὲ
B τὴν μουσικὴν ἐξεῦρε, καὶ Δευκαλίων τὰ περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τῆς Ἀττικῆς ἀνετάξατο. ὁ Κέκροψ δὲ διφυὴς ὠνομάσθη, ἢ

pinam, cum ad tumultum excurreret, discerpsit. inde nata est fabula, quod Pluto (ea vox divitias viri eius designat) virgine Proserpina rapta ad inferos (id est ad Aidem) concesserit.

Aegialeus primus regnum in Sicyonios gessit, annos 52. post hunc alii reges viginti sex fuerunt usque ad Zeuxippum. hic Sicyoniis annos triginta unum imperavit. duravit hoc regnum annos 980.

Regionibus autem ad solis occasum vergentibus et Italiae posteritas Pici Iovis per provincias praefuit. inter Graecos autem innotuerunt Prometheus Epimetheus Atlas et acutissimo visu praeditus Argus, qui ob perspicacitatem oculorum atque ingenii centumoculus est perhibitus. Atlas astronomicam tractavit scientiam: itaque fabulati sunt ab eo caelum gestari. Prometheum grammaticae inventorem fuisse tradunt. Anaxagorei porro philosophi Iovis nomine mentem, Minervae vocabulo artem intelligunt. unde est illud "et manibus cassus sapientem Pallada quaerit." Prometheum autem mentem interpretantur: est enim hominibus a mente prudentia, quam prometheiam dicunt. iccirco etiam fabulantur ab eo homines fuisse transfiguratos, nimirum quod rudes ad scientiam adduxerit. musicam invenit Epimetheus: Deucalion historiam diluvii Attici conscripsit. Cecropem duplicem seu duabus naturis con-

διὰ μῆκος σώματος, ἢ ὅτι Αἰγύπτιος ὢν τὰς δύο γλώσσας ἠπίστατο. οὗτος μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τῆς Ἀττικῆς Ἀθηνῶν ἐβασίλευσε χρόνους ν', καὶ ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν πόλιν Ἀθήνας ὠνόμασεν. ἐπὶ αὐτοῦ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἐλαία πρώτως ἐφύη. ἀπὸ τούτου Κεκροπία ἡ χώρα πρῶτον ἐκλήθη. οὗτος πρῶτος βοῦν ἐθαύμασε καὶ Ζῆνα προσηγόρευσεν. ἐπὶ τούτου τὸ ἐν Δήλῳ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Δηλίου ὑπὸ Ἐριχθονίου υἱοῦ Κέκροπος ἱδρύνθη. οὗτος νομοθετεῖ τὰς γυναῖκας ἔτι παρθένους οὔσας ἑνὶ ἀνδρὶ τῷ C βουλομένῳ γαμεῖσθαι, καὶ μηδενὶ ἄλλῳ ἕως θανάτου προσανέχειν· ἕως γὰρ αὐτοῦ ἀδιαφόρως ἔζων, πρὸς καιρὸν μιγνύμενοί καὶ αὖθίς ὅτε βούλονται διαχωριζόμενοι, ὡς ἄδηλον εἶναι τίς ἂν εἴη τούτου πατήρ, κτηνῶν τρόπον νοθευομένου τοῦ γένους τῇ ἐπιμιξίᾳ. ἔλεγε γὰρ αὐτὸ αἴτιον εἶναι τοῦ κατακλυσμοῦ. καὶ μετ' αὐτὸν Κραναὸς ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα, ὅτι καὶ Σαπφὼ ἡ καὶ πρώτη Μουσῶν ἀνηγόρευτο. εἶτα Φορνεὺς καὶ ἄλλοι μετ' αὐτὸν ἕως Κόδρου βασιλεύσαντος αὐτῶν ἔτη κα'. ἐκράτει οὖν ἡ Ἀθηναίων βασιλεία ἔτη υϟβ'. κἀντεῦθεν ἄρχοντας δώδεκα προεβάλλοντο, δι' ὧν ἡ κατ' αὐτοὺς διῳκονομεῖτο πολιτεία. ἐν τούτοις τοῖς ἄρχουσιν ἐνομοθέτει D Ἀθηναίων πρῶτος Δράκων ὀνόματι. μετ' αὐτὸν δὲ Σόλων τοῦ Δράκοντος τοὺς νόμους ἠθέτει. εἶτα Θάλης ὁ Μιλήσιος ἐθεσμοθέτει, καὶ πάλιν Αἰσχύλος τυραννήσας ἔτος ἓν καὶ μῆνας ζ'. μεθ' ὃν Ἀλκιβιάδης ἔτη δύο, εἶτα ἄλλοι ιη', καὶ αὖθις ἡ τούτων

14 ὅτε?

stantem dixerunt, sive ob corporis proceritatem, sive quod Aegyptius patria utramque linguam calleret. is post diluvium Atticum Athenis regnavit annos 50, urbemque Athenas a Minervae Graeco nomine nuncupavit. eo regnante primum in arce olea est enata. ab ipso regio Cecropia est appellata. is primus bovem admiratus est et Iovem cognominavit. eius tempestate fanum Apollinis Delii in insula Delo positum est ab Erichthonio Cecropis F. is legem tulit uti virgines uni alicui viro volenti nuberent, neque eo vivo rem cum ullo alio haberent. hactenus enim promiscuo concubitu usi fuerant, arbitrio suo inter se iuncti rursusque separati; quo factum est ut nemo patrem suum scire posset, pecoris instar spurios procreantibus hominibus. eam rem ille causam diluvio praebuisse dicebat. post hunc Cranaus regnavit annos 9; quo tempore Sappho vixit, quae prima Musarum dicta fuit. successit Cranao Phorneus, aliique deinceps usque ad Codrum, qui regnum per annos 21 gessit. duravit regnum Atheniense annos 492. inde rem publicam suam duodenis principibus administrandam tradiderunt. ex his primus Draco leges Atheniensibus posuit, quas eius successor Solon abrogavit. post hunc alias Thales Milesius tulit; rursumque Aeschylus, cum in rem publicam tyrannidem obtineret per annum ac 7 menses. post hunc Alcibiades biennium, deinde alii 18, rursusque horum regnum abolitum

κατελύθη βασιλεία. ἐν ἐκείνοις τοῖς καιροῖς καὶ οἱ κριταὶ ἦρχον ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ.

Τῶν κριτῶν τοῦ Ἰσραὴλ ἐπανάληψις διὰ τὰς τῶν Ἑλλήνων ἱστορίας. Μετὰ Ἰησοῦν τοῦ Ναυῆ ἐκ τῆς Ἰούδα καὶ Συμεὼν φυ- P 83 λῆς τοῖς ἀλλήλων σχοινίσμασιν ἀνὰ μέρος βοηθούντων πρῶτος ἄρξαι τοῦ λαοῦ λέγεται Χάλεβ ἔτη λ΄. μετὰ τοῦτο ὁ λαὸς εἰδώλοις λατρεύσας ἐκδίδοται δουλεύειν τῷ Χουσαρθὼμ βασιλεῖ Συρίας τῆς Μεσοποταμίας ἔτη ιη΄. ἐπιστρέψαντος τοίνυν τοῦ λαοῦ πρὸς θεὸν ἀνίστησι τὸν Γοθονιὴλ πρῶτον κριτήν, ἀδελφὸν νεώτερον τοῦ Χάλεβ, ὃς ἔκρινε τὸν λαὸν ἔτη μ΄· ἐπὶ τούτου γέγονεν ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς ἐν τῇ Ἑλλάδι. καὶ πάλιν τὸ πονηρὸν ποιήσας ὁ Ἰσραὴλ παρεδόθη Ἐγλὼν βασιλεῖ Μωαβιτῶν ἐν τῷ ,γϡμβ΄ ἔτει, καὶ ἐδούλευσεν ἔτη ιη΄. πάλιν δὲ αὐτοὺς ἐπιστρέψαντας ἐξαιρεῖται διὰ τοῦ ἀμφοτεροδεξιοῦ Ἀώδ, ὃς ἔσχε τὸ B ἐπώνυμον τοῦτο διὰ τὸ ὁμοίως ἐν παντὶ πράγματι τῇ εὐωνύμῳ χρῆσθαι χειρὶ καθάπερ καὶ τῇ δεξιᾷ. οὗτος ἡγήσατο τοῦ λαοῦ ἔτη π΄. τούτου τῷ κζ΄ ἔτει ἐβασίλευσε τῆς Ἀττικῆς ὁ Κέκροψ, ἐν δὲ τῷ οζ΄ ἔτει γέγονε κατακλυσμὸς ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ Αἰθιοπίᾳ. πάλιν εἰδωλομανοῦντα τὸν Ἰσραὴλ παρέδωκε κύριος ἐν χειρὶ Ἰαβεὶμ βασιλέως Χαναὰν ἔτη κ΄. μετὰ ταῦτα Δεβόῤῥα προφῆτις, γυνὴ Ἀφειδὼθ φυλῆς Ἐφραΐμ, ἔκρινε τὸν Ἰσραήλ. διὰ ταύτης ἡγήσατο Βαράκ, υἱὸς Ἀβινοεὶμ ἐκ φυλῆς Νεφθαλείμ, τῆς κατὰ

5 βοηθούντων codex Regius 1713: βοηθοῦντες P   8 τῆς om ille codex (R)   12 ὁ add R   Αἰγλὼμ R   17 κζ] ϰζ R   20 Δεβώρα R

est. eo tempore Iudices populo Israelico praefuerunt, quos propter Graecorum historias denuo commemorare placuit.

Iudicum Ebraeorum tempora cum Graecis collata. Mortuo Iosua Iudae et Simeonis tribus mutua auxilia iunxerunt. primus populo dux fuisse narratur Calebus, annos 30. inde populus simulacris divinum exhibendo cultum meruit, ut Chusarthomo Syriae, quae est Mesopotamia, regi servitutem serviret annos octodecim. cum autem se ad deum populus convertisset, is eis primum iudicem excitavit Gothonielem, Calebi fratrem, natu minorem. is populum 40 annos gubernavit. huius tempore diluvium Deucalioneum in Graecia fuit. rursum peccatis populus deum irritans ab eo in potestatem Egloni Moabico regi traditus est, anno mundi 3942, eique servivit annos 18. resipiscentem populum deus postea in libertatem asseruit ambidextri Aodi opera. is 80 annos populum gubernavit. anno eius 27 Atticae rex Cecrops exstitit, anno septuagesimo septimo diluvium fuit in Thessalia et Aethiopia. rursus fictitiorum deorum cultu insaniente populo, concessit deus ut is per viginti annos a Iabimo rege Chananaico opprimeretur. post Debora fatidica mulier, uxor Apheidothi de tribu Ephraimica, Israelico populo praefuit. hac duce Barachus Abinoemi filius tribu Nephthalimicus cum

Σισάρρα μάχης τοῦ ἀρχιστρατήγου Ἰαβεὶμ, καὶ ἐκράτησε πάσης C
τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. αὐτὸς δὲ ὁ Σισάρρα τοῖς ποσὶ διαφυγὼν ὑπὸ Ἰαὴλ γυναικὸς Χάμερ τοῦ Κιναίου ἀναιρεῖται, πασσάλῳ κατὰ τῆς γνάθου διαπαρείς. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Κάδμος ἐν Θήβαις ἐβασίλευσε. μετὰ δὲ τὴν Δεβόρρας τελευτὴν ἐξήμαρτε πάλιν ὁ λαός, καὶ παρεδόθη τοῖς Μαδιηναίοις ἔτη ζ'. Γεδεὼν δὲ αὐτοῖς ἐκ φυλῆς Μανασσῆ, θείοις σημείοις τῆς νίκης κομισάμενος τὴν πίστιν, ἐπανίσταται, καὶ ἐν τοῖς ἀνδράσι τοῖς λάψασι καθὼς κύων τῶν ιβ' μυριάδας διαχειρισάμενος ἦρξε τοῦ λαοῦ
ἔτη μ'. Ἀβιμέλεχ τούτου υἱὸς ἔτη γ', Θόλα ἔτη κγ', Ἰαεὶρ ὁ D
Γαλααδίτης ἔτη κβ'. μετὰ τοῦτο ἐξήμαρτεν ὁ λαός, καὶ παρεδόθη τοῖς Ἀμανίταις ἔτη ιη'. ἔπειτα τὴν πρὸς θεὸν ποιησάμενος ἐπάνοδον σώζονται διὰ τοῦ Ἰεφθάε τοῦ Γαλααδίτου ἔτη ς'. μετὰ τοῦτον Ἐσσεβὼν ἔτη ζ'. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους τὸ Ἴλιον ἐκτίσθη καὶ ἡ Τροία, καὶ Ἀσκληπιὸς τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην μετῄει. Ἐγλὼν ὁ Βαβυλωνίτης ἔτη ι'. Ἀβδὼν υἱὸς Σελεὶμ ὁ Μαραθωνίτης, ὃς ἦν πατὴρ παίδων μ' καὶ ἐκγόνων λ', ἔκρινε τὸν Ἰσραὴλ ἔτη η'. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Ὀρφεὺς ὁ Θρᾷξ ὁ λυρικὸς καὶ ποιητῶν ἁπάντων ἐπισημότατος παρ' Ἕλλησιν ἐγνω-
ρίζετο, ὃς ἐν ποιητικοῖς στίχοις περὶ στοιχείων ποιήσεως καὶ ἀν- P 84
θρώπου γενέσεως, καὶ φωτὸς ἐξ αἰθέρος ἔλλαμψιν φιλοσοφῶν,

1 Σισάρα R   8 ἀνῃρέθη R   9 τῶν] τῶν ἐχθρῶν *forte*. margo P   10 τούτου] καὶ ὁ τούτου R   θώλα R   14 ἐσεβῶν R   16 ι' margo P, ς' R

Sisera copiarum Iabimi imperatore pugnam commisit, totumque eius exercitum fudit. ipse Sisera pedes fugiens a Iaela uxore Coschameri Cinnaei interfectus est, mala clavo transadacta. ea tempestate Cadmus Thebis regnavit. secundum Deborae mortem rursus deliquit populus, Madianitisque vexandus per septem annos divinitus est exhibitus. eos Gedeon tribu Manassaeus, victoriae fiducia signis a deo datis confirmata, cum manu virorum qui canum more aquam lambendo hausissent adortus est, ac exstinctis eorum 120 milibus populi per quadraginta annos dux fuit. post hunc Abimelecus filius eius, annos 3, Tholas 23, Iairus Galaadites 22. inde ob sua peccata populus Ammonitis deditus est, ab eoque 18 annos divexatus. cum autem ad deum revertisset, per Iephtham Galaaditam is eos liberavit. princeps populi fuit hic annos 6. post hunc Essebon 7. eo fere tempore Troia et Ilium conduntur, et Aesculapius artem medicam constituit. Eglon Zabulonius annos 10. Abdon Selemi filius Pharathonites, cui quadraginta fuerunt filii, nepotes triginta, Israelicum populum rexit annos 8. hoc tempore apud Graecos innotuit Orpheus Thrax, lyricus omniumque poetarum celeberrimus. is in poematibus suis plurimos versus posuit de elementorum ortu itemque hominis nativitate, lucis ex aethere effulsione philo-

ἀρχάς τε ἀσωμάτους καὶ ἐξουσίας, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἄστρα πάντα, γῆν καὶ θάλασσαν καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ὁρατά τε καὶ ἀόρατα πάντα ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων γενέσθαι, καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ὑπ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ πλασθῆναι ἐκ γῆς καὶ ψυχὴν ὑπ' αὐτοῦ λογικὴν λαβεῖν, εἰς μίαν δὲ δύναμιν καὶ ἓν κράτος θεότητος ἀνάγεσθαι τὰ πάντα θεολογεῖ, ὅς ἐστιν ὁ ὢν θεός, ὃν
B οὐδεὶς ὁρᾷ. τρία δέ, φησίν, ὀνόματα, βουλὴ φῶς ζωή, ἐν αὐτῷ, ὀλίγου δεῖν συμφώνως τῇ ἀληθείᾳ τῇ καθ' ἡμᾶς περί τε θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ὁ σοφώτατος ἀποφθεγγόμενος Ὀρφεύς. λυρῳδὸς δὲ καὶ κιθαρῳδὸς ὑμνεῖται, πᾶσαν κατακηλῶν καὶ θέλγων ψυχήν. καὶ τὰ λοιπὰ προεγράφησαν.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους καὶ Μαρσύαν φιλόσοφον λέγουσι γενέσθαι, ὃς ἐξεῦρε διὰ μουσικῆς αὐλοὺς ἀπὸ καλάμων, καὶ ἀπενοεῖτο ἀπὸ θεῶν ἑαυτὸν καὶ λέγων ἀνθρώποις εὑρηκέναι διὰ τοῦ μέλους τῶν καλάμων τροφήν. τοῦτον παραφρονήσαντα
C ῥῖψαι λέγεται ἑαυτὸν εἰς τὸν ποταμόν, ὅθεν καὶ ὁ ποταμὸς Μαρσύας ὠνομάσθη· ἀπὸ Κολχίδος δὲ οὗτος ὥρμητο.

Πάλιν ὁ λαὸς προσπταίσας ἐκδέδοται ἀλλοφύλοις ἔτη μ'. ἐπιστρέψαντος δὲ αὐτοῦ πρὸς θεὸν ἀνίστησι τὸν Σαμψὼν τὸν τοῦ Μανωὲ υἱόν, ἐκ φυλῆς Δάν, ὅστις καταπολεμήσας τοὺς ἀλλοφύλους ἄρχει ἔτη κ'. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Ἡρακλῆς ἐγνω-

7 αὐτῇ R 10 ὑμν. ὡς ταῖς ἡδυεπείαις πᾶσαν κατακηλεῖν καὶ θέλγειν R 17 ὥρμητο R, ὥρμηται P

sophatus; item de principiis incorporeis, de potestatibus, de sole et luna sideribusque universis, terra mari atque omnibus quae in iis sunt, sive videri ea queant seu visum fugiant, omnia haec ab universi conditore efficta docens. ab eodem hominum genus ex terra effictum animaque rationis compote praeditum; tum omnia ad unum divinae naturae imperium atque vim referri, nempe ad verum deum, quem nemo videt; cui tria sunt nomina, consilium lumen et vita in ipso. ita sapientissimus Orpheus propemodum veritati, quam nos profitemur, consentanea de deo et hominibus pronuntiavit. lyricus et citharoedus fuisse praedicatur, quae suavitate sermonis quamvis oblectet atque demulceat animam. reliqua supra rettulimus.

Eodem tempore Marsyam quoque philosophum fuisse narrant, qui arte musica invenit fistularum ex calamis confectionem, atque ad insaniam prolapsus dei sibi nomen arrogavit, dicens se alimenta hominibus carmine fistularum repperisse; ferturque mente captus sese in fluvium abiecisse, cui Marsyae nomen inde factum: is ex Colchide venit.

Ceterum populus cum rursus deum offendisset, ab eo barbaris per 40 annos deditus est. conversis ad se deus Samsonem Manoae F. praefecit, tribu Danicum. is devictis barbaris populo annos 20 praefuit. ea

ρίζετο ὁ τοὺς δεκαδύο ἄθλους διανύσας. Σαμανῆ ἡγήσατο τοῦ λαοῦ ἔτος α΄. ἀναρχίας γεγονυίας κατὰ τὰς Ἑβραϊκὰς παραδόσεις, καὶ ἔπραττεν ἕκαστος ὅπερ ἠβούλετο, οἷα εἰκὸς ἐν ἀναρχίᾳ γίνεσθαι, ἔτη μ΄, εἰρήνην ἔσχεν ὁ λαὸς πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους ἔτη λ΄ Σαμανῆ ἡγουμένου. καὶ Ἠλεὶ ὁ ἱερεὺς ἦρξε τοῦ λαοῦ ἔτη κ΄. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ὁ Ἰλιακὸς πόλεμος ἐγένετο D ἔτη δέκα, καὶ τὸ Ἴλιον ἥλω. Σαμουὴλ διαδεξάμενος τοῦ Ἠλεὶ τὴν ἱερατείαν καὶ τὴν ἡγεμονίαν κρατεῖ τοῦ λαοῦ. φασὶ δὲ αὐτὸν δεκαδύο ἐτῶν εἶναι, ὅτε πρῶτον αὐτῷ ἐφάνη καλήσας ὁ θεός· οἷς ἡ κιβωτὸς ἐν τῷ Ἀμιναδὰμ οἴκῳ διέτριψε. καὶ βασιλέως χρισθέντος ἦν ἀντιλαμβανόμενος ὁ Ἠλεὶ ἔτη ο΄. γίνεται τοίνυν ἀπὸ τῆς τελευτῆς Ἰησοῦ ἐπὶ τὴν τελευτὴν Σαμουὴλ ἔτη χ΄, ἀπὸ δὲ Νῶε καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη βρκ΄, ἀπὸ Ἀδὰμ ἔτη δτπβ΄. ὁ μὲν Σαμουὴλ ἤδη γεγηρακὼς καὶ τοῦ λαοῦ ὀκνηροτέρως ποιούμενος τὴν ἐποψίαν, τῶν τε παίδων αὐτοῦ δώροις ἀεὶ τὸ δίκαιον προϊε- P 85 μένων, χρίει βασιλέα, τοῦ λαοῦ μὲν καταναγκάζοντος, τοῦ θεοῦ δὲ συγχωρήσαντος, τὸν Σαοὺλ υἱὸν Κίς, ἐκ φυλῆς Βενιαμίν. οὗτος συνεπισχύοντος τοῦ Σαμουὴλ βασιλεύει ἔτη κ΄, ἐφ᾽ ἑαυτοῦ δὲ ἔτη κ΄. προεφήτευσε δὲ ἐπ᾽ αὐτοῦ ἅμα καὶ ἱεράτευσε Σαμουήλ. Ἀβεννὴρ δὲ ὁ τοῦ Νὴρ τῆς στρατιᾶς ἀφηγεῖτο. τοῦ δὲ Σαοὺλ προσπταίσαντος τῷ θεῷ πολλάκις, μειζόνως δὲ διὰ τὴν παράβασιν τῆς αὐτοῦ προστάξεως, περιποιησαμένου τὸν Ἄγαγ βασιλέα

5 καὶ add R   10 ἀμιναδὰβ R   15 αὐτῷ R   τοῦ δικαίου προϊεμένων τὴν κρίσιν R

tempestate Hercules innotuit, is qui duodecim aerumnas toleravit. Samanes populum rexit annum unum. cum, ut est ab Ebraeis traditum, magistratu populus vacaret, ac suo quivis arbitrio ageret, sicut in interregno fieri assolet, per annos 40, pacata a barbaris populo omnia fuerunt per annos 30, Samane duce. Elis sacerdos 20 annos populum gubernavit. huius aetate bellum Troianum decennale gestum est ac Ilium captum. Eli Samuelus successit in sacerdotio et populi gubernatione. hunc tradunt duodecim annorum fuisse, cum primum ei deus apparuit atque ipsum affatus est: quibus arca in domo Aminadami commorata fuit. et rege uncto apprehendebat Elis annos 70. proinde fluxerunt ab obitu Iosuae usque ad Samueli mortem anni 610, a Noa et diluvio 2120, ab Adamo 4382. enimvero Samuelus, cum ipse ob senectam aetatem segnius populi negotia obiret, et filii eius donis se corrumpi passi ab aequitate identidem deflecterent, populo cogente ac permissu dei regem populo unctione designat Saulum Kisi F. tribu Beniaminicum. is Samuelo auxiliante regnum per viginti annos totidemque solus gessit. Samuelus eo regnante et vaticinatus est et sacerdotio functus. Abnerus Neri filius exercitui praefuit. cum autem Saulus deum saepenumero offendisset, ac maxime quod contra eius praeceptum Ama-

᾿Αμαληκιτῶν, ἤκουσε παρὰ τοῦ προφήτου "μεματαίωταί σοι, ὅτι οὐκ ἐφύλαξας τὴν ἐντολὴν ἣν ἐνετείλατό σοι κύριος. ἡτοίμασε B γὰρ ἂν τὴν βασιλείαν σου ἕως αἰῶνος ἐπὶ ᾿Ισραήλ. καὶ νῦν οὐ στήσεται ἡ βασιλεία σου, ἀλλὰ ζητήσει κύριος ἄνθρωπον κατὰ τὴν καρδίαν αὐτοῦ εἰς ἄρχοντα ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ." μετὰ δὲ ταῦτα χρίσαντος τὸν Δαβὶδ τοῦ Σαμουήλ, εἶτα γηράσαντος καὶ τελευτήσαντος, προσέθετο μᾶλλον ὁ Σαοὺλ παροργίζειν τὸν κύριον. ὅθεν καὶ πνεῦμα κυρίου ἀπέστη ἀπ᾿ αὐτοῦ, καὶ ἔπνιγεν αὐτὸν πνεῦμα πονηρόν. οὗ χάριν καὶ ὁ Δαβὶδ ἄγεται πρὸς αὐτόν, εἰς παρηγορίαν ψάλλων διὰ τῆς κιννύρας, καὶ ἀφίσταται ἀπ᾿ αὐτοῦ τὸ πονηρὸν πνεῦμα. ἀλλ᾿ οὖν γε πατάξας ὁ Δαβὶδ τὸν ἀλλόφυλον Γολιάθ, ὃς ἦν ἡλικίᾳ πηχῶν τεσσάρων καὶ σπι- C θαμῆς τὸ ὕψος, καὶ περικεφαλαίαν ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ θώρακα ἁλυσιδωτὸν πέντε χιλιάδων σίκλων χαλκοῦ καὶ σιδήρου, καὶ κνημῖδας χαλκᾶς ἐπὶ τὰ σκέλη αὐτοῦ, καὶ τὸ ξύλον τοῦ δόρατος αὐτοῦ ὡς ἀντίον ὑφαινόντων, καὶ ἡ ἐπ᾿ αὐτὸ λόγχη ἑξακοσίων σίκλων σιδήρου, καὶ ἀσπὶς χαλκῆ ἀνὰ μέσον τῶν ὤμων αὐτοῦ. καὶ διὰ τοῦτο ἐπιγαμβρευθεὶς τῷ Σαούλ, καὶ φθονηθεὶς προφάσει τῶν χορευτριῶν, ἀποδιδράσκει ἀπ᾿ αὐτοῦ, ὅτε καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προσθέσεως ἔφαγε, καὶ τοὺς τριακοσίους πεντήκοντα ἱερεῖς ἀνεῖλε Σαούλ, καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν ἐπάταξε Νομβᾶν ἐν ῥομφαίᾳ ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους, καὶ οὐχ ὑπελείφθη ἐξ αὐ-

1 ὁ προφήτης τάδε πρὸς αὐτὸν ἐξεῖπε R 2 καὶ ἡτοίμασεν ἂν R 16 μεσάντιον margo P

lecitarum regem Agagum incolumem servasset, ita est a vate compellatus (1 Sam. 15) "actum est de te, propterea quod mandatum dei violasti. absque enim hoc esset, regnum tuum in Israelicam gentem fuerat deus perenne facturus. nunc id non consistet: sed quaeret deus hominem ex animi sui sententia factum, quem suo populo praeponat." secundum haec cum Samuelus unctione Davidum regno destinasset senioque confectus diem suum obivisset, perrexit Saulus etiam amplius deum irritare. itaque et a dei spiritu desertus est et a maligno spiritu premi coepit. eam ob rem Davidus ad eum adductus est, qui fidibus ludens ab eo malum genium abigeret ipsumque recrearet. idem Davidus Goliathum barbarum interfecit, altum cubitos quattuor ac spithamam, casside caput armatum, corpus lorica hamata, cuius aes et ferrum appendebat 2 s. unciarum milia, crura ocreis aereis tectum, gestantem hastile instar liciatorii textoris, cuius cuspis unciarum trecentarum ferrea, humerisque aeream aspidem ferentem. ob id facinus a Saulo gener adscitus, oborta praetextu choreas ducentium mulierculárum cantilenae invidia, a socero profugit. ea tempestate et panes sacros comedit et 350 sacerdotes Saulus trucidavit, urbemque Nobam ferro vastavit, omnibus et hominibus et pecudibus interfectis, solo Abiatare Abimelechi filio

τῶν εἰ μὴ Ἀβιάθαρ υἱὸς Ἀβιμέλεχ, φυγὼν πρὸς Δαβίδ. αὕτη D τοῦ Σαοὺλ ἡ μιαιφονία πάντων τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων δυσσεβεστέρα. καὶ τὸν μὲν Ἄγαγ διέσωσε, καὶ πάντα ὅσα ἦν ἀξιόκτητα· τοῦ δὲ θυμοῦ κεκινηκότος τοὺς τριακοσίους πεντήκοντα ἱερεῖς καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν αὔτανδρον διέφθειρε. πολλάκις δὲ καταδιώκων τὸν πρᾳότατον Δαβὶδ ὁ ἀπανθρωπότατος Σαοὺλ εἰς χεῖρας Δαβὶδ ἅπαξ καὶ δὶς ἐμπέπτωκε. μὴ ἀνταποδιδοὺς δὲ ὁ Δαβὶδ αὐτῷ κακὸν ἀντὶ κακοῦ μᾶλλον ἔλεγε πρὸς αὐτόν "ἵνα τί καταδιώκεις βασιλεῦ λαβεῖν τὴν ψυχήν μου; δικάσαι κύριος μέσον ἡμῶν." καὶ ὁ μὲν οἶκος Δαβὶδ ἐπορεύετο καὶ ἐκραταιοῦτο, ὁ δὲ P 86 οἶκος Σαοὺλ ἐπορεύετο καὶ ἠσθένει. καὶ ἀπέθανε Σαοὺλ ἐν ταῖς ἀνομίαις αὐτοῦ, τοξευθεὶς ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων εἰς τὰ ὑποχόνδρια· καὶ μὴ ἀποθνήσκων αὐτὸς γέγονεν αὐτοφονευτής, ἐπιπεσὼν ἐπὶ τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ, μή πως ἐμπαίξωσιν αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι.

Μετὰ δὲ Σαοὺλ ἐβασίλευσε Δαβὶδ ἔτη τεσσαράκοντα, ὃς ἐποίησε τὰ θελήματα τοῦ θεοῦ πάντα, κατὰ τὸ εἰρημένον "εὗρον τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ Δαβὶδ ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά μου." καὶ ἐπορεύετο Δαβὶδ πορευόμενος καὶ μεγαλυνόμενος, καὶ κύριος παντοκράτωρ μετ' αὐτοῦ. εἶχε δὲ καὶ δυνατοὺς ἄνδρας τριακονταεπτὰ τοιούτους ὥστε τὸν μικρὸν B αὐτῶν ποιεῖν πρὸς ἑκατόν, τὸν δὲ μέγαν πρὸς χιλίους. ἐξ ὧν ἐστὶ τὰ ὀνόματα ταῦτα. Σεβοχᾶ· οὗτος ἐπάταξε τὸν Σὲφ τὸν τοῦ Ῥαφᾶ, ἀπόγονον τῶν γιγάντων. Ἐλεανᾶν· οὗτος ἀνεῖλεν ἄνδρα δυνατὸν Χετταῖον, οὗ ἦν τὸ ξύλον τοῦ δόρατος ὡς ἀντίον

superstite, qui fuga ad Davidum evaserat. id parricidium Sauli omnia flagitia impietate superavit. quippe qui Agago et rebus omnibus pretiosis pepercisset, is ira permotus 350 sacerdotes urbemque eorum cum omnibus mortalibus delevit. enimvero inhumanissimus Saulus lenissimum Davidum crebro persequens semel atque iterum in eius manus incidit. tantum autem a reponendo maleficio abfuit Davidus, ut regem potius ita alloqueretur "cur, o rex, vitae meae insidiaris? disceptet deus causam nostram." ac Davidi quidem domus paulatim crevit, Sauli familia marcescente. tandem Saulus in suis iniquitatibus immortuus est, a barbaris sagitta in ilia confixus; quod vulnus cum mortem non accelerasset, ipse sibi necem conscivit gladio suo incumbens, ne a barbaris per ludibrium haberetur.

Post Saulum Davidus regno per 40 annos functus est, et in omnibus factis dei voluntati paruit, sicuti scriptum est "inveni filium Isai Davidum, virum ex animi mei sententia: is voluntatem meam in omnibus exsequetur." adfuit ergo omnipotens Davido, isque rebus secundis auctus est. habuit potentes viros triginta septem, quorum minimus centum viris, maximus mille viris compararetur. ex his fuit Sebochas, qui Sephum Raphae filium percussit de gigantibus prognatum; Eleanas, qui Chettaeum virum robustum stravit, cuius hastile erat licia-

ὑφαινόντων. Ἰωανάθαν· οὗτος ἐφόνευσεν ἄνδρα δυνατὸν καὶ
παμμεγέθη, ἔχοντα ἐν ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶν ἀνὰ δακτύλους
ἕξ. Ἀδίνων· οὗτος ἐσπάσατο τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ ἐπὶ ὀκτακο-
σίων στρατιωτῶν εἰς μίαν παρεμβολήν. Ἰεσεβαδᾶ· οὗτος ἐσπά-
σατο τὴν μάχαιραν αὐτοῦ ἐν καιρῷ ἑνὶ ἐπὶ τραυματιῶν τριακο-
C σίων. Μαρᾶ· οὗτος τῶν ἀλλοφύλων ἐπελθόντων καὶ βουλομέ-
νων ἁρπάσαι τὴν μερίδα τοῦ ἀγροῦ πλήρη οὖσαν φακῆς, καὶ τοῦ
λαοῦ φυγόντος, μόνος ἔστη, καὶ τοὺς μὲν ἀλλοφύλους ἐδίωξε,
τὴν δὲ μερίδα τοῦ ἀγροῦ ἐφύλαξεν. Ἐλεάζαρ· οὗτος μερίδος
οὔσης κριθῶν, καὶ τῶν ἀλλοφύλων ἐπελθόντων, καὶ τοῦ λαοῦ
φυγόντος, μόνος ἐστηλώθη, καὶ τοὺς μὲν ἀλλοφύλους ἔτρεψε,
τὴν δὲ κριθὴν διέσωσε· τοσούτους γὰρ ἐπάταξεν ἐν τοῖς ἀλλοφύ-
λοις, ἕως ἡ χεὶρ αὐτοῦ κοπιάσασα προσεκολλήθη τῇ μαχαίρᾳ,
καὶ ὁ λαὸς ἐπέστρεψεν ὀπίσω αὐτοῦ εἰς τὸ σκυλεύειν. Μαναίας·
οὗτος πολλὰ μὲν ἐποίησεν ἔργα, ἐπάταξε δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς Ἀριὴλ
D τοῦ Μωάβ, καὶ καταβὰς ἐν ἡμέραις χιόνος εἰς λάκκον ἐφόνευσε
λέοντα. ἀνεῖλε δὲ καὶ ἄνδρα Αἰγύπτιον ἑπτάπηχυν, ἔχοντα ξύ-
λον διαβάθρας ὡς δόρυ· ἁρπάσας γὰρ ἀπ' αὐτοῦ τὸ ξύλον ἐν
αὐτῷ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ἀβεσᾶ ὁ ἀδελφὸς Ἰωάβ· οὗτος ἐπά-
ταξεν ἄνδρας ἑξακοσίους καὶ τὸν Ἰεσβὰν θέλοντα φονεῦσαι τὸν
Δαβίδ (ἦν δὲ ὁ Ἰεσβὰν ἔκγονος τοῦ Ῥαφάν), δόρυ ἔχοντα
σταθμοῦ σίκλων τριακοσίων. ἡνίκα δὲ ἔτρεχεν ὁ Ἀβεσᾶ, ἦν ὡς
δορκὰς ἐν τοῖς ὄρεσι. τρεῖς δὲ ἀπὸ τῶν λοιπῶν δυνατοί, περι-
κυκλωσάντων ποτὲ τῶν ἀλλοφύλων τὴν Βηθλεὲμ καὶ τοῦ Δαβὶδ

14 Βαναΐας margo P

torii textoris aequale; Ionathas, qui virum ingenti robore ac mole corporis deiecit, senis pedum ac manuum digitis praeditum; Adinon, qui uno praelio gladium contra octingentos viros strinxit; Iesebadas, qui una pugna trecentos sauciavit; Maras, qui barbaris irruentibus agrique portionem lente consitam diripere conantibus, cum fugeret populus, solus ipse substitit barbarisque in fugam actis agrum defendit; Eleazarus, qui messe hordei inita, cum barbarorum adventu populus fugisset, unicus substitit et hordeum tutatus est profligatis barbaris, quorum tantam edidit stragem, ut manus eius defatigata gladio adhaeserit, reversusque est populus ad legenda spolia; Banaias, cuius multa fuerunt facinora. filios Arielis Moabici iste percussit, et quadam die cum nix iaceret, in foveam descendit, inque ea leonem iugulavit. idem Aegyptium quendam septem cubitos longum, qui ligno nautico hastae loco utebatur aggressus, lignum id ei eripuit, ipsumque eo necavit. Abisaius Ioabi frater 600 viros percussit, et Iesbam, qui Davido caedem intentabat. fuit is Iesbas ex posteris Raphae, cuius cuspis 150 uncias appendebat. cum Abisaius curreret, similis erat capreae montanae. cum autem quodam tempore barbari Bethlehemam obsidione cinxissent, ac

ἐπιθυμήσαντος πιεῖν ἐκ τοῦ ἐν Βηθλεὲμ φρέατος, διέρρηξαν οἱ τρεῖς τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων καὶ ἤνεγκαν τῷ Δαβὶδ P 87
ὕδωρ ἀπὸ τοῦ φρέατος. ὁ δὲ θαυμάσας τὴν ἀνδρίαν αὐτῶν οὐκ ἔπιε τὸ ὕδωρ, ἀλλ' ἔσπεισεν αὐτὸ τῷ κυρίῳ, λέγων "ἵλεώς μοι, κύριε, εἰ αἷμα ἀνθρώπων πορευθέντων ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν πίωμαι." ὁμοίως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ αὐτῶν ὑπῆρχον ἄνδρες ἀκαταγώνιστοι καὶ φοβερώτατοι τοῖς ἐναντίοις, θυρεοὺς ἔχοντες καὶ δόρατα μέγιστα, καὶ κοῦφοι τοῖς ποσὶν ὡς δορκάδες ἐπὶ τῶν ὀρέων, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὡς πρόσωπα λεόντων. τῶν δέ γε πολεμιστῶν τοῦ κοινοῦ λαοῦ οὓς εἶχεν ὁ Δαβίδ, ἦν ἀριθμὸς μυριάδες σλδ', καθὼς ἠριθμήθησαν ὑπὸ Ἰωὰβ τοῦ ἀρχιστρατήγου. φησὶ γὰρ "καὶ προσέθετο ὀργῇ κύριος ἐκκαῆναι ἐν Ἰσραήλ, καὶ B
ἐπέσεισε τὸν Δαβὶδ ἐν αὐτοῖς λέγων 'πορεύθητι καὶ ἀρίθμησον τὸν Ἰσραὴλ καὶ τὸν Ἰούδαν.' καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς πρὸς Ἰωὰβ τὸν ἄρχοντα τῆς ἰσχύος τὸν μετ' αὐτοῦ 'ἐπίσκεψαι τὸν λαόν, καὶ γνώσομαι τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ.' καὶ εἶπεν Ἰωὰβ 'προσθείη κύριος ὁ θεὸς πρὸς τὸν λαόν σου· καὶ ἵνα τί ὁ κύριός μου βούλεται ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ;' καὶ ὑπερίσχυσεν ὁ λόγος τοῦ βασιλέως, καὶ ἀπῆλθεν Ἰωὰβ καὶ ἐπεσκέψατο τὸν λαόν. καὶ ἦν πᾶς Ἰσραὴλ χίλιαι χιλιάδες καὶ ἑκατὸν χιλιάδες ἀνδρῶν ἐσπασμένων ῥομφαίαν, καὶ Ἰούδας χιλιάδες τετρακόσιαι ὀγδοήκοντα ἀνδρῶν ἐσπασμένων μάχαιραν. τὸν δὲ Λευὶ καὶ τὸν Βενιαμὶν οὐκ ἠρίθμησεν, ὅτι C
προσώχθισεν ὁ λόγος τοῦ βασιλέως τὸν Ἰωάβ, καὶ πονηρὸν ἐφάνη

7 αἴροντες margo P

Davidus potum aquae de fonte Bethlehemensi desideraret, tres viri de reliquis potentibus castra barbarorum perruperunt, regique suo aquam de illo fonte attulerunt. Davidus eorum fortitudinem admiratus non bibit aquam, sed domino eam libavit, ita fatus "propitius mihi sis, domine: non bibam sanguinem virorum, qui vitae suae periculo eam attulere aquam." itidem et reliqui eorum insuperabiles erant, summoque hostibus terrori, scutis armati et hastis praegrandibus, cursuque instar montanarum caprearum veloces, ac vultu leonino praediti. ceterum numerus militum quos de populo Davidus habebat, fuit 2340 milia, quem quidem Ioabus exercitus princeps concepit. ita enim scriptum est (2 Sam. ult.) "porro autem ira domini adversus Israelicum populum exarsit; isque Davidum incitavit ut mitteret qui Israelicum ac Iudaicum populum numerarent. mandavit ergo rex Ioabo suarum copiarum summo duci, ut populum perlustraret sibique eius numerum indicaret. Ioabus tametsi, incrementum populi regi precatus, causaretur sibi mirum videri cur rex hoc fieri vellet, tamen regis mandato praevalente abiit populumque perlustravit. inventa sunt Israelici populi 1100 milia virorum gladium stringentium, et Iudaici 480 milia. Levis et Beniamini tribus recensae non sunt: offenderat enim regis sermo Ioabum. displicuit au-

ἐναντίον τοῦ θεοῦ. καὶ ἐπάταξε καρδία Δαβὶδ αὐτὸν ἐν τῷ ἀριθμῆσαι τὸν λαόν· καὶ ἀπέστειλε κύριος Γὰδ τὸν προφήτην πρὸς Δαβίδ, καὶ εἶπε 'τάδε λέγει κύριος· ἔκλεξαι σεαυτῷ γενέσθαι σοι ἢ τρία ἔτη λιμὸν ἐν τῇ γῇ σου, ἢ μῆνας τρεῖς φεύγειν σε ἐκ τῶν ἐχθρῶν σου ἔμπροσθεν, ἢ τρεῖς ἡμέρας θάνατον ἐν τῇ γῇ σου.' καὶ εἶπε Δαβὶδ πρὸς Γάδ 'στενά μοι σφόδρα πάντοθεν ἐστί· πλὴν ἐμπεσοῦμαι εἰς χεῖρας κυρίου, ὅτι πολλοὶ οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ. εἰς δὲ χεῖρας ἀνθρώπων οὐ μὴ ἐμπέσω.' καὶ ἐξελέξατο
D Δαβὶδ τὸν θάνατον. καὶ ἡμέρα θέρους πυρῶν, καὶ ἔδωκε κύριος θάνατον ἐν Ἰσραὴλ ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἀρίστου, καὶ ἀπέθανον ἐκ τοῦ λαοῦ χιλιάδες ἑβδομήκοντα. καὶ ἐξέτεινεν ὁ ἄγγελος θεοῦ τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς Ἱερουσαλὴμ τοῦ διαφθεῖραι ἐν αὐτῇ. καὶ εἶπεν Δαβὶδ πρὸς τὸν θεόν 'ἰδοὺ ἐγὼ ἡμάρτηκα, καὶ ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ κακοποιήσας, καὶ τὰ πρόβατα τί ἐποίησαν; γενέσθω δὲ ἡ χείρ σου ἐν ἐμοί, κύριε, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου.' καὶ παρακληθεὶς ὁ κύριος εἶπε πρὸς τὸν ἄγγελον 'ἄνες τὴν χεῖρά σου.' καὶ ᾠκοδόμησεν ἐκεῖ Δαβὶδ θυσιαστήριον, καὶ ἀνήγαγεν εὐθὺς ὁλοκαυτώσεις. καὶ ἐπήκουσεν αὐτοῦ κύριος, καὶ συνεσχέθη ἡ
P 88 θραῦσις τοῦ λαοῦ." ταῦτα δέ, φησὶ Θεοδώρητος, οὐκ ἀπεικὸς συμβέβηκεν, ἀλλ' οἰκείας παρανομίας ἔτισε δίκας ὁ λαὸς διὰ προφάσεως· καταλιπὼν γὰρ τὸν εὐσεβῆ καὶ θεῖον βασιλέα τυράννῳ καὶ πατραλοίᾳ παιδὶ συνεστράτευσεν. οὕτω δὲ καὶ διὰ τὴν τοῦ Σαοὺλ εἰς τοὺς Γαβαωνίτας ἀναίρεσιν ἐπαιδεύθησαν διὰ λιμοῦ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτήν. ὁ μὲν γὰρ λαὸς ἅπας καὶ Ἰησοῦς ὁ

tem deo id factum, et cor Davidi tremuit instituta ea dinumeratione. dominus ergo vatem Gadum ad Davidum misit, qui ei suis verbis indicaret optionem ipsi dari liberam: vel penuriam triennalem regni, vel trium mensium fugam insequentibus hostibus, vel pestem trium dierum in regno suo deligeret. respondit rex se in tantis angustiis versantem malle in dei, cuius multiplex esset misericordia, quam in hominum manus incidere: proinde pestilentiam praeferre. ergo cum triticea messis esset, luem deus Israelico populo immisit; ac perierunt ab aurora usque ad prandii horam 70 hominum milia. iamque etiam ad Ierusalemam angelus manum extendebat, ut in ea stragem ederet. ibi Davidus dominum interpellavit, suam esse culpam, se pastorem populi deliquisse, nullum esse ovium maleficium: se ergo deus et paternam Davidi familiam potius affligeret. exoratus deus angelo mandavit ut manum suam retraheret. ibique Davidus aram exstruxit et solidum deo sacrificium obtulit; atque deo precibus annuente cessavit clades populi. haec, inquit Theodoretus, non abs re ita evenerunt: verum ea occasione populus sui peccati poenas dedit, quod pio ac divinitus constituto rege derelicto castra tyranni ac patri suo necem struentis secutus erat. sic etiam a morte Sauli fames eos castigavit ob interfectos a Saulo Gabaonitas. etenim et Iosua et universus populus pactum iterant cum

τοῦ Ναυῆ πεποίηκε τὰς πρὸς τοὺς Γαβαωνίτας συνθήκας, ἐκοινώνησε δὲ τῶν ὅρκων καὶ Ἐλεάζαρ ὁ ἀρχιερεύς. ἔδει τοίνυν τοὺς ἀπογόνους τῶν ὀμωμοκότων μὴ παραβῆναι τὸν ὅρκον. φησὶ γὰρ πρὸς αὐτοὺς Ἰησοῦς μετὰ τὴν φανέρωσιν τῆς πανουργίας αὐτῶν "καὶ νῦν ἐπικατάρατοι ἔστε. οὐ μὴ ἐκλείψῃ ἐξ ὑμῶν δοῦλος, οὐδὲ B ξυλοκόπος καὶ ὑδροφόρος ἐμοὶ καὶ τῷ θεῷ μου. διὰ τοῦτο ἐγένοντο ξυλοκόποι καὶ ὑδροφόροι τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ θεοῦ καὶ πάσῃ τῇ συναγωγῇ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης." ἐπεὶ οὖν ταῦτα παρελογίσαντο, διὰ τοῦτο καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ὑπέστησαν τὴν διὰ τοῦ λιμοῦ παιδείαν. διδάσκει γοῦν ἡμᾶς ὁ λόγος μὴ παραβαίνειν τὰς μεθ' ὅρκων συνθήκας ἐπὶ θεοῦ γινομένας, κἂν εἰς ἄλλων ὠφέλειαν ἡ παράβασις γίνηται. ἀγνοῶν δὲ τὴν αἰτίαν ὁ Δαβὶδ τῆς θεηλάτου πληγῆς τοῦ λιμοῦ τὸν θεὸν ἀνηρώτα. καὶ μαθὼν ὡς ἕνεκα τῆς τῶν Γαβαωνιτῶν ἀδίκου ἀναιρέσεως εὐθύνας C εἰσπράττονται, αὐτοῖς ἐκείνοις ἐχρήσατο κριταῖς τοῖς ἠδικημένοις, λέγων "τί ποιήσω ὑμῖν, καὶ ἐν τίνι ἐξιλάσομαι;" καὶ φασὶν "οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀργύριον οὐδὲ χρυσίον μετὰ Σαούλ, καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν θανατῶσαι ἄνδρα ἐκ παντὸς Ἰσραήλ· ἀλλ' ὁ ἀνὴρ ὁ διώξας καὶ συντελέσας ἡμᾶς, ὥσπερ ἐλογίσατο ἡμᾶς ἐξολοθρεῦσαι, ἀφανίσωμεν αὐτὸν τοῦ μὴ ἀντικαθίστασθαι παντὶ ὁρίῳ Ἰσραήλ. καὶ δοθήτωσαν ἡμῖν ἄνδρες ἑπτὰ ἐκ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ ἐξιλασόμεθα ἐν αὐτοῖς κυρίῳ ἐν τῷ βουνῷ Σαούλ." ἐκ ἐκείνῳ τοίνυν τῷ χωρίῳ ἀνεσκολόπισαν τοὺς ἄνδρας, ἐν ᾧ τὰς παρανόμους ἐτόλμησεν ἐκεῖνος μιαιφονίας. οὗτοι δὲ ἦσαν τοῦ Σαοὺλ δύο μὲν υἱοὶ νό-

Gabaonitis, cuius iuramenti etiam particeps fuit Eleazarus pontifex. non debuerunt ergo posteri eorum qui iuraverant, iusiurandum violare. post detectam enim fraudem Gabaonitarum, ita Iosua eos affatus fuit: "iam nunc ergo exsecrationi obnoxii estis. nunquam erit ut non de vobis sit servus, lignorum sector et aquae baiulator, qui mihi et deo meo serviat." propterea destinati sunt ad findendum ligna et portandum aquam ad altare dei et toti coetui usque in hunc diem. quoniam ergo calumnia id foedus Israelici disciderunt, ideo etiam post eius mortem fame castigati sunt. haec nos oratio docet, quae interposito iuramento pacta sunt teste deo inita, violanda non esse, utcunque ea violatio aliis expediat. Davidus autem causam divinitus immissae penuriae ignorans deum consuluit; ab eoque edoctus puniri populum ob iniuste necatos Gabaonitas, eos ipsos qui iniuria fuerant affecti, arbitros constituit, ac percontatus est qua se placari ratione vellent. responderunt Gabaonitae se neque aurum Sauli neque argentum eius neque ullum ex Israelico populo hominem ad necem deposcere: eius viri qui ipsos persecutus fuisset ac exscindere molitus, cupere se memoriam ex Israelica gente delere; itaque septem eius stirpe natos se deposcere, his se flagitium coram domino expiaturos in colle Sauli. eo igitur in loco viros eos in crucem egerunt, in quo iniustas ille caedes ausus fuerat. erant autem,

θοι, πέντε δὲ τῶν ὑστέρων υἱῶν αὐτοῦ. τῆς οὖν τιμωρίας γεγε-
D νημένης ἵλεως ὁ δεσπότης ἐγένετο καὶ ἡ γῆ τὸν ἐξ ἔθους ἔδωκε
καρπόν.

Ἐγένετο δὲ μετὰ ταῦτα, καὶ ἐν καιρῷ δείλης ἀνέστη Δαβὶδ
ἀπὸ τῆς κοίτης αὐτοῦ, καὶ περιεπάτει ἐπὶ τοῦ δώματος τοῦ οἴκου
τῶν βασιλέων, καὶ εἶδε γυναῖκα λουομένην ἀπὸ τοῦ δώματος, καὶ
ἡ γυνὴ καλὴ τῇ ὄψει σφόδρα. καὶ ἰδὼν τὸ γύναιον λουόμενον
οὐκ ἔφυγε τὴν θέαν ὡς ὀλεθρίαν, ἀλλὰ καταθελχθεὶς τῷ τῆς
ὥρας δελέατι τὸ τῆς ἁμαρτίας κατέπιεν ἄγκιστρον. καὶ ἑτέρου
τάχα πάθους χείρονος, τῆς ἐπάρσεως δηλονότι, γέγονεν ἴαμα.
P 89 ὅπερ δὴ καὶ αὐτὸς ὑποφαίνων ἔλεγεν "ὑψωθεὶς δὲ ἐταπεινώθην
καὶ ἐξηπορήθην. καὶ ἐγὼ μὲν εἶπον ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, οὐ μὴ
σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα, ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσωπόν σου, καὶ
ἐγενήθην τεταραγμένος. ἀλλ' ἀγαθόν μοι ὅτι ἐταπείνωσάς με,
ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου." διὰ γὰρ τῆς τοῦ υἱοῦ ἐπα-
ναστάσεως δίκας ἐναργεῖς ἔτισε τοῦ τε φόνου καὶ τῆς μοιχείας
κατὰ τὴν θείαν πρόρρησιν. φησὶ γάρ "τάδε λέγει κύριος· ἰδοὺ
ἐγὼ ἐγείρω κακὰ ἐπί σε ἐκ τοῦ οἴκου σου" καὶ τὰ ἑξῆς. ὅσον
τοίνυν θλῖψις ὀνίνησι καὶ συμφορὰ καὶ μέριμνα, καὶ ἐκ ταύτης
τῆς ἱστορίας μανθάνομεν. διωκόμενος γὰρ ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ ὁ θεὸς
B Δαβὶδ πᾶσαν κατώρθου φιλοσοφίαν, καὶ παραταττόμενος καὶ
ταῖς φροντίσι τῶν πολέμων ἐνασχολῶν τὴν διάνοιαν κατὰ τοὺς ἱε-
ροὺς ἐπολιτεύετο νόμους. ἀνακωχῆς δὲ τυχὼν ὀλίγης τὸν ὄλισθον

qui crucibus affixi sunt, duo filii Sauli spurii et quinque ex posterioribus filiis eius. eo supplicio peracto placatus est dominus, ac terra solitas fruges exhibuit.

Secundum haec quadam vespera Davidus cum de lecto suo surrexisset, deambulavit in tecto regiae, indeque mulierem lavantem prospexit forma insigni. neque vero se ab eo spectaculo subtraxit, sed formae pulchritudine inescatus hamum peccati deglutivit. quod ei alterius, nimirum deterioris, affectus fuit remedium, videlicet animi elationis, id quod ipse innuit his verbis "ego cum fuissem elatus, depressus sum et in summas angustias redactus. atque ego quidem rebus meis secundis dixi, nullo unquam tempore labefactabor: ut primum vero tuam faciem avertisti, conturbatus fui. mihi vero conducibile fuit, abs te deprimi, ut sic tua iura discerem." etenim rebellione filii aperte poenas cum adulterii tum homicidii persolvit, quomodo ei divinitus praedictum fuerat: "ecce ego tibi ex domo tua calamitates immittam" et cetera. iam haec quoque nos historia docet res adversas, calamitates atque solicitudines expedire. quo enim tempore beatus Davidus infestum Saulum fugit, eo in omnibus sapientiae studiis praeclare se gessit; interque belli pericula et hostilium conatuum occupationibus animo intento, ex praescripto sacrarum legum vixit. idem pauxillum requietis

ἐκεῖνον ὑπέμεινε. τοῦ δὲ προφήτου πρὸς αὐτὸν εἰσελθόντος, καὶ
τὸν ἔλεγχον αὐτοῦ ὑπομείναντος καὶ τὴν ἐξομολόγησιν ποιησαμέ-
νου καὶ "ἡμάρτηκα τῷ κυρίῳ μου" φήσαντος, φησὶν ὁ προφή-
της "οὐ μὴ ἀποθάνῃς, πλὴν παροργίζων παρώργισας ἐν τοῖς
ὑπεναντίοις τὸν κύριον." καὶ πρῶτον μέντοι τὸ μοιχαλίδιον παι-
δίον ἐπάταξεν ὁ θεός, ἔπειτα καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἐπανάστασιν
κατ' αὐτοῦ παραδηλῶν φησί "καὶ νῦν οὐκ ἐξαρθήσεται ῥομφαία
ἐκ τοῦ οἴκου σου." εἰκότως οὖν ἔλεγε "παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ C
κύριος, τῷ δὲ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με." καὶ γὰρ παντοδαπαῖς
αὐτόν, οἷα δὴ πάνσοφος ἰατρός, παιδείαις ὑπέβαλεν ὁ θεὸς μετὰ
τὴν ὁμολογίαν τῆς ἁμαρτίας. ὁ οὖν μακάριος Δαβὶδ πρὸ τῆς
τελευτῆς αὐτοῦ καλέσας τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σολομῶντα εἶπεν αὐτῷ
"Σολομῶν τέκνον μου, ἐμοὶ ἐγένετο ἐπὶ ψυχὴν τοῦ οἰκοδομῆσαι
οἶκον κυρίῳ τῷ θεῷ. καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου ἐπ' ἐμοί, λέγων
'αἷμα εἰς πλῆθος ἐξέχεας καὶ πολέμους ἐποίησας μεγάλους. οὐκ
οἰκοδομήσεις οἶκον τῷ ὀνόματί μου. ἰδοὺ υἱὸς τίκτεταί σοι, καὶ
ἀναπαύσω αὐτὸν ἀπὸ πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, ὅτι Σολομῶν D
ὄνομα αὐτῷ. οὗτος οἰκοδομήσει οἶκον τῷ ὀνόματί μου.' καὶ
νῦν ἀνδρίζου καὶ ἴσχυε. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ κατὰ τὴν πτωχείαν μου
ἡτοίμασα εἰς οἶκον κυρίου χρυσίου τάλαντα χιλιάδας ἑκατὸν καὶ
ἀργυρίου τάλαντα χιλίας χιλιάδας, καὶ χαλκὸν καὶ σίδηρον οὗ
οὐκ ἔστιν ἀριθμός· καὶ πρὸς ταῦτα πρόσθες εἰς οἰκοδομὴν ναοῦ

nactus in istam est prolapsus foeditatem. ingresso ad se vate, et delicti exprobrationem sustinuit et confessus flagitium est, peccasse contra dominum sese perhibens. itaque vates eum morte non plectendum huius culpae causa pronuntiavit, quanquam vehementer deum exasperasset. is primum prolem ex eo adulterio natam necavit, deinde filii rebellionem ei significavit, cum in familia ipsius nunquam a gladiis fore vacationem denuntiaret. convenienter ergo Davidus dixit se a deo vehementer quidem castigatum, non tamen neci traditum fuisse. nam deus, ut sapientissimus medicus, omnis generis castigationibus eum exercuit, posteaquam peccatum suum confessus fuit. is ergo beatus Davidus, antequam ex hac vita commigraret, advocatum ad se filium Solomonem in hanc sententiam est allocutus. "fili mi Solomon, induxeram ego in animum meum domino deo templum aedificare: sed me deus ita monuit, ut significaret me, quia multum sanguinis fudissem ac magna bella gessissem, ipsius nomini aedem conditurum non esse: filium mihi nasci, a quo (id quod et Solomonis nomen denotat) omnem hostium impetum esset ipse prohibiturus: eum nomini dei templum exstructurum. tu itaque, fili, vir esto, et vires sume. atque ecce ego, quantum mea paupertas tulit, ad aedificandam domino domum, confeci talenta auri 100000, argenti talenta 1000000, praeterea aeris atque ferri innumerabilem vim. tu iis adde quae ad aedificandum deo templum fa-

κυρίου." καὶ Δαβὶδ πρεσβύτης καὶ πλήρης ἡμερῶν, καὶ βασιλεύσας τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σολομῶντα πάλιν εἶπεν αὐτῷ ἐνώπιον τοῦ λαοῦ "ἰδοὺ ἡτοίμασα εἰς οἶκον τοῦ θεοῦ μου χρυσίον ἀργύριον
P 90 χαλκὸν σίδηρον καὶ πάντα λίθον τίμιον καὶ λίθους τιμίους πολυτελεῖς καὶ ποικίλους. καὶ πρὸς τούτοις δίδωμι, ἐκτὸς ὧν ἡτοίμασα εἰς οἶκον τὸν ἅγιον, χρυσίου τοῦ ἐξ Ὠφεὶρ τάλαντα τρισχίλια, καὶ ἑπτακισχίλια τάλαντα ἀργυρίου δοκίμου, τοῦ ἐξαλειφθῆναι ἐν αὐτοῖς τοῖς τοίχοις τοῦ ἱεροῦ." οἱ δὲ ἄρχοντες τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἔδωκαν εἰς τὰ ἔργα τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ χρυσίου τάλαντα ἑπτακισχίλια καὶ ἀργύριον καὶ λίθους τιμίους καὶ χαλκὸν ἄπειρον. καὶ εὐλογήσας τὸν λαὸν ὁ Δαβὶδ καὶ ἀποστείλας εἶπεν αὖθις τῷ υἱῷ αὐτοῦ "καὶ νῦν, Σολομῶν, γνῶθι τὸν θεὸν τῶν πατέρων σου, καὶ δούλευσον αὐτῷ ἐν καρδίᾳ τελείᾳ καὶ ψυχῇ θελούσῃ, ὅτι καρδίας πάσας ἐτάζει κύριος καὶ πᾶν ἐνθύμημα
B γινώσκει. καὶ ἐὰν ζητήσῃς αὐτόν, εὑρεθήσεταί σοι· καὶ ἐὰν καταλείψῃς αὐτόν, καταλείψει σε εἰς τέλος." καὶ ἔδωκε Δαβὶδ Σολομῶντι τῷ υἱῷ αὐτοῦ τὸ παράδειγμα τοῦ ναοῦ παντὸς καὶ τῶν Χερουβὶμ τῶν διαπεπετασμένων ταῖς πτέρυξι καὶ σκιαζόντων ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ διαθήκης κυρίου. πάντα ἐν γραφῇ χειρὸς κυρίου δέδωκε Δαβὶδ Σολομῶντι τῷ υἱῷ αὐτοῦ, λέγων "ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου, ὅτι κύριος ὁ θεός μου μετά σου."

Καὶ μετὰ ταῦτα ἐτελεύτησε Δαβὶδ πλούτῳ καὶ δόξῃ καὶ εὐσεβείᾳ ἐν γήρει καλῷ καὶ πλήρης ἡμερῶν, ἐτῶν ο'. φησὶ γάρ "καὶ ἐγένετο μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν Σαούλ, καὶ ἔρχονται οἱ ἄν-

cient." erat autem Davidus admodum provecta aetate et satur annorum. cumque filium suum Solomonem regno inaugurasset, rursus coram populo ita eum est allocutus. "ecce paravi ad structuram aedis deo meo consecrandae aurum argentum aes ferrum lapides, omnis generis pretiosas gemmas: his addo auri Ophirei talenta ter mille, ac septem milia talentorum argenti probati ad muros templi incrustandos." principes autem populi Israelici ad idem opus faciundum contulerunt talentorum auri milia 7, argentum, lapides pretiosos et immensam vim aeris. Davidus cum populum, felicia ei omnia prius comprecatus, dimisisset, rursus ita filium suum compellavit "proinde, o Solomon, deum maiorum tuorum agnosce, eumque toto corde atque animo volente cole. omnia enim corda scrutatur deus, omnesque cogitationes videt. si quaeras eum, invenies: si derelinquas, prorsus destituet te." dedit autem Davidus Solomoni filio suo exemplar totius templi et Cherubimorum qui passis alis arcam foederis divini obumbrant. quae omnia manu dei depicta Davidus filio praebens, hortatus est ut praesidio dei, quem pater coluisset, fretus, virum se praeberet ac fortiter rem gereret.

His actis Davidus grandis natu, pietate opibus et gloria insignis, finem huius vitae fecit, satur annorum, septuagenarius. ita enim habet sacra scriptura "mortuo Saulo Iudaei Chebronem venerunt, ac Davidum

δρες τῆς Ἰουδαίας ἐν Χεβρών, καὶ χρίουσιν αὐτὸν εἰς βασιλέα C ἐπὶ πάντα Ἰσραήλ. τριάκοντα ἐτῶν Δαβὶδ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν. καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη τεσσαράκοντα." ἀλλὰ τῆς μὲν βασιλικῆς χρίσεως διὰ Σαμουὴλ ἠξιώθη, τὰς δέ γε τοῦ λαοῦ ἀναγορεύσεις ἡ ἱστορία χρίσεις ἀδιαφόρως ὠνόμασε. τελευτήσας τοίνυν ἐτάφη ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ εἰς τὸ μέγιστον μνῆμα, ὃ ᾠκοδόμησεν ὁ σοφώτατος υἱὸς αὐτοῦ Σολομῶν παρὰ τὴν Σιλωάμ. βασιλεύει δὲ ὁ Δαβὶδ ἑπτὰ μὲν ἔτη περιόντος τοῦ Σαούλ, μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τούτου λγ'. προεφήτευσε δὲ αὐτός τε Δαβὶδ καὶ Γὰδ καὶ Νάθαν καὶ Ἀσὰφ καὶ Ἰδιθούμ. ἐστρατηλάτει δὲ αὐτῷ Ἰωάβ, ὃς ἠρίθμησε τὸν λαόν, καὶ εὑρέθη χίλιαι ἑκατὸν χιλιά- D δες, τοῦ δὲ Ἰούδα υο' χιλιάδες. τὸν δὲ Λευὶ καὶ τὸν Βενιαμὶν οὐκ ἠρίθμησαν. πεπτώκασι δὲ κατ' ὀργὴν θεοῦ ἐκ τοῦ λαοῦ ἐν τρισὶν ὥραις χιλιάδες ο'.

Σημειωτέον ὡς ἡνίκα τις ἀπόκειται τοῖς ἀνομοῦσι καὶ καταφρονοῦσιν ἐξαισία πληγὴ καὶ ὀργὴ παρὰ τῷ δικαίοις τὰ πάντα διευθετοῦντι ζυγοῖς, συγχωρεῖταί τις ἐνεργεθῆναι πονηροπραξία τοῖς τοῦ λαοῦ ἡγουμένοις, ὡς ἂν μὴ ἀλόγως μηδὲ ὡς ἐξ αὐτομάτου ἀλλ' ἐκ δικαίας κρίσεως ἐπάγεσθαι πιστεύοιτο τὰ κακά. οὐ δεῖ δὲ οἴεσθαι ὡς διὰ μόνην τῶν ἀρχόντων τὴν ἀπροσεξίαν ἐξαίσιοι θάνατοι καὶ συμφορῶν ὑπερβολαὶ τοῖς λαοῖς καὶ κοιναὶ τοῖς P 91 ὄχλοις ἐπισυμβαίνουσι πανωλεθρίαι, πάντες δὲ τῷ νόμῳ ἢ τῷ φυσικῷ ἢ τῷ γραπτῷ ἢ καὶ ἀμφοῖν ὑπόδικοι καθιστάμενοι τοῖς ἀξίοις κατὰ καιρὸν τυγχάνουσιν ἐπιτιμίοις. φεύγουσα δὲ τὸ τὰ

anno suae aetatis trigesimo totius Israelici populi regem unctione inauguraverunt. gessit deinceps regnum annos 40." et vero regno unctione inauguratus fuerat Davidus a Samuelo: quod autem populus eum regem declaravit, id scriptura promiscua vocabuli usurpatione unctionem nominavit. sepultus est Ierusalemae in maximo sepulchro, quod exstruxerat sapientissimus filius Solomon ad Siloamam. regnavit Davidus annos Saulo superstite 7, ab eius exitu annos 33. vaticinatus est et ipse, et eodem tempore Gadus Nathanus Asaphus atque Idithumus. exercitum regis duxit Ioabus; qui cum populum censuisset, Israelicorum inventa sunt 1000 milia, Iudaeae tribus 470 milia, Levis et Beniamini census actus non est: et quidem irato deo, trium horarum spatio mortua sunt hominum 70 milia de populo.

Notandum est, cum peccatores et contemptores dei gravis aliqua et insolens manet calamitas, quam omnia aequa dispensans lance deus immissurus est, tum populi principibus hoc permitti uti aliquod malum facinus perpetrent. id eo fit, ne temere aut fortuito, sed iusto iudicio mala infligi putentur. neque existimandum est propter sola principum delicta pestes, ingentes calamitates communesque populi interneciones accidere. imo autem omnes legis aut naturalis aut scriptae violatae rei suo tempore dignis afficiuntur suppliciis. ac sacra scriptura, cum ob

καθ' ἕκαστα τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτήματα διὰ τὸ ἄπειρον ἀπα-
ριθμεῖν ἡ γραφὴ τὸ τοῦ βασιλέως ἀνόμημα ὡς αἴτιον τιμωρίας
γενόμενον τοῖς βασιλευομένοις ὑφηγεῖται, οἷον δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ Δα-
βὶδ γεγονὸς ὦπται. ἀπέκειτο μὲν γὰρ ὀργὴ κυρίου κατὰ Ἰσραὴλ
διὰ τὰς πολυτρόπους αὐτῶν ἀθετήσεις δηλαδή, ἐπέσεισε δὲ πνεῦμα
τὸν Δαβὶδ ἀριθμῆσαι τὸν Ἰσραήλ. καὶ τούτου γενομένου παρέστη
B αὐτῷ πρωῒ Γὰδ ὁ προφήτης θεόθεν ἀποσταλεὶς καὶ τρία ἐκλέξα-
σθαι αὐτῷ παρεγγυῶν, ἢ τρία ἔτη λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν σου, ἢ τρεῖς
μῆνας διωκόμενον φεύγειν ἐκ προσώπου τῶν ἐχθρῶν σου, ἢ τρεῖς
ἡμέρας θάνατον γενέσθαι ἐν τῇ γῇ σου. ὁ δὲ "στεναγμοὶ πάντο-
θεν· πλὴν ἐμπεσοῦμαι δὴ εἰς τὰς χεῖρας τοῦ κυρίου, ὅτι πολλοὶ
οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ, εἰς δὲ χεῖρας ἀνθρώπων μὴ ἐμπέσοιμι, ὅτι
ἀνελεήμονες." καὶ ἐξελέξατο ἑαυτῷ τὸν θάνατον. ἦσαν δὲ ἡμέραι
θερισμοῦ πυρῶν, καὶ ἔδωκε κύριος θάνατον ἀπὸ πρωΐθεν ἕως
ἀρίστου, καὶ ἀπέθανον ἑβδομήκοντα χιλιάδες ἀνδρῶν. ἦν δὲ ὁ
ἄγγελος τοῦ θεοῦ ἑστηκὼς παρὰ τὴν ἅλωνα Ὀρνᾶ τοῦ Γεβουσ-
σαίου. Δαβὶδ δὲ ἐβόα "ἰδοὺ ἐγὼ ἠδίκησα· γενέσθω ἡ χείρ σου
C ἐν ἐμοὶ καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου." καὶ παρακληθεὶς ὁ
κύριος συνέσχε τὴν θραῦσιν τὴν κατὰ Ἰσραήλ.

Ὅτι πρεσβύτερος γενόμενος ὁ Δαβὶδ τοῖς ἱματίοις οὐκ ἐθερ-
μαίνετο, καὶ ἤνεγκαν νεάνιδα παρθένον Ἀβισὰκ τὴν Σωμανῖτιν,
καὶ ἦν αὐτὸν περιθάλπουσα ἐπὶ τῆς κοίτης, καὶ ὁ βασιλεὺς οὐκ
ἔγνω αὐτήν. Ἀδωνίας δὲ υἱὸς Δαβὶδ ἐπαιρόμενος ἐκράτει τῆς
βασιλείας. καὶ εἰσῆλθεν Βηρσαβεὲ πρὸς Δαβίδ, καὶ προσκυνή-

νος, παντὸς ἀγαθοῦ καὶ πονηροῦ τὸν θεὸν αἴτιον τολμηρῶς ἀποφθέγγεται, καὶ πᾶν ὅπερ ἂν ἐπέλθῃ τῷ ἀνθρώπῳ, κἂν ἐξ ἐπη- C ρείας τοῦ πονηροῦ κἂν ἐξ οἰκείας ῥᾳθυμίας καὶ ἀδιακρισίας, τῆς θείας τοῦτο τυγχάνειν προνοίας ὁ ἀλιτήριος ἀποφαίνεται. καὶ ὁ μὲν περιφρονεῖν πλούτου καὶ ταπεινοφρονεῖν καὶ τὸν ἐνήδονον βίον ἀποσείεσθαι καὶ μὴ ἀποδοῦναι κακὸν ἀντὶ κακοῦ παρακελεύεται, ὁ δὲ πλουτεῖν καὶ ὑψηλοφρονεῖν καὶ πᾶσαν ἡδονὴν ἐκ περιουσίας ἀσπάζεσθαι καὶ ἀντεπεξιέναι σφόδρα τοῖς ἀντιπίπτουσιν ὡς ψυχικὸν σωτήριον καὶ τοῦ παραδείσου πρόξενον. ἀλλ' ὢ τῆς ἀπονοίας καὶ παραπληξίας καὶ χλεύης τοῦ γόητος καὶ παλαμναίου, καὶ τῆς D παραφροσύνης καὶ ἀπωλείας τῶν παρ' αὐτοῦ δεινῶς ἐξανδραποδισθέντων καὶ μέχρι νῦν παρασυρομένων καὶ ἀπατωμένων. οὐδὲ γὰρ συνιοῦσιν οἱ ἄγαν μοχθηροὶ καὶ θηριώδεις καὶ λίαν ἀσύνετοι εἰς οἷον χαλεπὸν χάος καὶ Σατανικὴν Χάρυβδιν κατεποντίσθησαν καὶ τέλεον κατεπόθησαν, καὶ εἰς οἵους ἀφύκτους καὶ ἀδιεξοδεύτους λαβυρίνθους καὶ δυσβάτους ἀτραποὺς καὶ ψυχοφθόρους φενακισθέντες ἐλεεινῶς ἐξεκυλίσθησαν καὶ συνεσχέθησαν ὑποφθαρέντες εἰς τέλος. διὸ καὶ θαυμάζειν λίαν ἔπεισί μοι τὴν τοσαύτην ἀλογίαν καὶ ἀναισθησίαν αὐτῶν, καίπερ οἰομένων ἐντρεχεστάτους ἑαυτοὺς εἶναι καὶ λογιωτάτους, πῶς οὐ κατανοοῦσι τῆς κενῆς ἀπάτης αὐτῶν τὸν ὄλισθον. ἔδει γάρ, ἔδει τοὺς ὄντως ἄφρονας P 425 καὶ βοσκηματώδεις ἐπιγνῶναι τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτῶν πρόδηλον καὶ μυσαρὸν βρόχον, ὅςπερ διὰ βρώσεως καὶ πόσεως

atque agitatus, omnis et boni et mali auctorem deum audacter pronuntiat; atque omnia, quaecunque homini eveniunt vel diaboli fraude vel sua ipsius socordia atque imprudentia, divinae providentiae iussu evenire flagitiose asserit. eaedem sacrae literae contemnere opes, demisso esse animo, voluptariam vitam fugere, neque pro malo malum reddere iubent. ille divitiis studere, superbire, abunde omnes expetere voluptates, omnique conatu ulcisci adversarios praecipit, salutaria haec animae, et paradiso immittere docens. o dementiam atque vaecordiam et ludibria scelestissimi impostoris! o stultitiam atque exitium eorum quos ille in miseram servitutem egit, et in hunc usque diem a vero abducit atque decipit! neque enim perversissimi isti ac bruti et stolidissimi homines intelligunt in quam grave chaos ac quam in satanicam Charybdin demersi atque omnino absorpti sint, in quam inexplicabiles et exitum nullum habentes labyrinthos difficilesque et ad exitium animae ducentes calles per fraudem inducti volutentur misere, et ad extremam perniciem detineantur. atque mihi sane subit mirari tantam eorum stultitiam atque stuporem; qui cum se callidissimos esse atque ingeniosissimos putent, lubricitatem tamen vanae imposturae illius non animadvertunt. oportebat enim omnino stultos eos et belluinos homines saltem apertam illam et abominandam de resurrectione fallaciam perspicere,

ἐν μετουσίᾳ τυγχάνοντες ἄφθαρτοι καθόλου καὶ ἀθάνατοι διαμέ-
νουσι. καὶ πότε καὶ ποῦ λοιπὸν τὴν ἀποκαραδοκουμένην ζωὴν
αἰώνιον καὶ ἀκήρατον τοῖς πιστοῖς κατὰ τὰς θείας γραφὰς οἱ θνη-
τοὶ καὶ ψυχῇ καὶ σώματι τεύξονται; καὶ πρὸς τούτῳ ἴστωσαν οἱ
ἀλόγιστοι καὶ τάλανες ὡς οὐδέπω μέχρι καὶ τήμερον τῆς παλαιᾶς
αὐτῶν καὶ ἀθέου πλάνης ἀπηλλάγησαν, ἀλλ' ἐν προσχήματι θεο-
σεβείας εἰδωλολατροῦσι λεληθότως, καὶ τὸν ἐγκεχρυμμένον τῇ
θρησκείᾳ αὐτῶν δόλον τοῦ ἀρχεκάκου δαίμονος οὐδ' ὅλως οἱ ἀνού-
B στατοι καὶ ἀπόπληκτοι ἐπιγινώσκουσι. πάλαι μὲν γὰρ εἰδωλολα-
τροῦντες καὶ τῇ παρ' Ἕλλησιν Ἀφροδίτῃ λεγομένῃ, τουτέστι τῇ
ἡδονῇ, προσκυνοῦντες, καὶ τὸν ἀστέρα ταύτης τὸν ἑωσφόρον εἶναι
μυθολογοῦσιν, ἣν δὴ καὶ Κουβὰρ τῇ ἑαυτῶν κακεμφάτῳ γλώσσῃ
ἐπονομάσαντες, ὅπερ ἐστὶ μεγάλη, διέμειναν ἕως ἄρτι τὴν Ἀφρο-
δίτην θεὸν ὀνομάζοντες. ἵνα δὲ μὴ δόξωμέν τισι ψευδολογεῖν,
σαφηνίσωμεν τὸ μέγα αὐτῶν μυστήριον. ἔχει δὲ ἡ λέξις τῆς μυ-
σαρᾶς αὐτῶν καὶ παμβεβήλου προσευχῆς οὕτως "ἀλλᾶ ἀλλᾶ οὐὰ
κουβὰρ ἀλλᾶ." καὶ τὸ μὲν ἀλλᾶ ἀλλᾶ ἑρμηνεύεται ὁ θεὸς ὁ θεός,
C τὸ δὲ οὐὰ μεῖζον, τὸ δὲ κουβὰρ μεγάλη ἤτοι σελήνη καὶ Ἀφρο-
δίτη. ὅπερ ἐστὶν οὕτως, ὁ θεὸς ὁ θεὸς μείζων καὶ ἡ μεγάλη, εἴτ' οὖν
Ἀφροδίτη, θεός. καὶ τοῦτο σαφηνίζει ἡ ἐπαγωγὴ τοῦ τελευταίου
ἀλλᾶ. ἅπερ ἅπαντα ἐπικεκρυμμένως τῇ ἰδιότητι τῆς ἑαυτῶν γλώτ-
της λαλοῦσιν. ἀλλὰ τοὺς μὲν χοιρώδεις καὶ τελματώδεις καὶ μη-
δὲν πλέον τῆς ἡδονῆς καὶ ῥαστώνης εἰδότας ἀφέμενος ὁ λόγος, ὡς
ἀνεπαισθήτως νοσοῦντας, πρὸς τὰ ἑξῆς τῆς ἱστορίας χωρείτω.

qua decepti existimant se interitus expertem vitam atque immortalem inter pocula et convivia acturos. ubi autem et quando aeterna et incorrupta vita, quam sacris literis promissam pii certa spe exspectant, isti et corpore et anima mortales adipiscentur? hoc quoque fatui illi atque miseri sciant, quod etiamnum vetere suo et impio errore liberati non sunt, sed sub religionis praetextu falsa colunt numina, ac in ea abditum daemonis omnium malorum auctoris dolum prae nimia dementia ac stupore nullo modo animadvertunt. cum enim antiquitus falsa superstitione seducti Venerem Graecorum, id est voluptatem, divinis honoribus coluerint, stellamque eius Luciferum esse fabulati sint, quam etiam a magnitudine Kubar sua inepta lingua appellaverunt, in hunc usque diem Veneri nomen dei tribuunt. quod ne cui videamur fingere, explicabimus magnum eorum mysterium. verba obscoenae eorum et profanissimae precationis haec sunt "Alla Alla Ua Kubar Alla. Alla Alla, si interpreteris, est deus deus. Ua maior. Kubar magna, sive luna et Venus. ita ergo habet: deus deus maior et magna, nimirum Venus deus. atque hoc Alla in fine adiectum indicat, quae omnia proprietate sui sermonis occultata pronuntiant. sed oratio nostra, missos faciens porcinos istos et belluinos homines, qui praeter voluptatem et otium nihil sciunt ac sine sensu laborant, historiae reliquum pertexat.

Μετὰ δέ γε τὸν θάνατον τοῦ θεηλάτου Μουχούμετ ἐφάνη κατὰ μεσημβρίαν ἀστὴρ ὁ λεγόμενος δοκίτης, προμηνύων τὴν τῶν Ἀράβων ἐπικράτειαν. ἔμεινε δὲ ἐπὶ ἡμέρας τριάκοντα, διατείνων ἀπὸ μεσημβρίας ἕως ἄρκτου. ἦν δὲ ξιφοειδής. D

Τῷ κδ' ἔτει Ἀβουβάχαρ τελευτᾷ, ἀμηρεύσας ἔτη δύο ἥμισυ, καὶ ἀντ' αὐτοῦ κρατεῖ Οὔμαρος, ὃς παρέλαβε Βόστραν τὴν πόλιν καὶ ἄλλας πολλάς, καὶ ἦλθε μέχρι τοῦ Γαβιθᾶ. τούτῳ συμβαλὼν Θεόδωρος ὁ τοῦ Ἡρακλείου ἀδελφὸς καὶ ἡττηθεὶς πρὸς τὸν βασιλέα ἔρχεται ἐν Ἐδέσῃ. ὁ δὲ βασιλεὺς προχειρίζεται ἕτερον στρατηγὸν Βοάνην, τὸν δὲ σακελλάριον Θεόδωρον μετὰ Ῥωμαϊκῆς δυνάμεως πέμπει κατὰ Ἀράβων. παραγενόμενος δὲ εἰς Ἔμεσαν συναντᾷ πλῆθος Σαρακηνῶν καὶ τὸν ἀμηρᾶν αὐτῶν, καὶ εἰς τὸν Βαρδανίσιον ποταμὸν παραφοσσατεύει. Ἡράκλειος δὲ ἀπελ- P 426 *πίσας καταλιμπάνει τὴν Συρίαν, καὶ ἄρας τὰ τίμια ξύλα ἀπὸ Ἱεροσολύμων ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ἀπῄει. Βοάνην δὲ ἀπὸ Δαμασκοῦ εἰς Ἔμεσαν στρέφει, καὶ Θεόδωρον σακελλάριον ἔχοντα στρατὸν χιλιάδας μ'. καὶ διώκουσι τοὺς Ἄραβας ἀπὸ Ἐμέσης ἕως Δαμασκοῦ.*

Τῷ κε' ἔτει ἐπιστρατεύουσιν οἱ Σαρακηνοὶ μετὰ πλήθους Ἀράβων, καὶ συμβολῆς γενομένης ἡττῶνται Ῥωμαῖοι. στασιάσαντες δὲ οἱ περὶ Βαάνην Ἡράκλειον ἀποκηρύττουσι καὶ Βαάνην ἀναγορεύουσιν βασιλέα. ἐν τούτοις ὑποχωροῦσιν οἱ περὶ τὸν σακελλάριον, καὶ οἱ Σαρακηνοὶ εὑρόντες ἄδειαν συμβάλλουσι μετὰ Βαάνους πόλεμον καὶ ἡττῶσιν αὐτόν· ἀνέμου γὰρ πνεύσαντος B

Postquam Muchumetus ille dirus mortem obiit, media die visus est cometa, quem a trabis forma Graeci dociten nominant, Arabum praenuntians imperium. duravit dies triginta, a meridie ad septentrionem pertingens. habuit gladii formam.

Anno 24 moritur Abubachar, cum ameras (id imperii nomen est) fuisset annos 2 s. succedit eis Umarus. hic Bostram aliasque urbes cepit et usque ad Gabitham progressus est. cum hoc praelio commisso Theodorus Heraclii frater victus ad imperatorem Edessae tum agentem venit. imperator copiis Boanem eius loco praeficit. Theodorum porro sacellarium cum exercitu Romano adversus Arabes mittit. ei, cum ad Emesam venisset, occurrit ameras cum multitudine Sarracenorum, castraque locat ad Bardanisium fluvium. itaque Heraclius rebus desperatis, Syriam deserit: sublatisque Hierosolymis venerabilibus lignis, Cpolin abit. Boanem autem a Damasco Emesam divertere iubet, et Theodorum sacellarium cum exercitu 40 milium. hi Arabes ab Emesa Damascum usque persequuntur.

Anno 25 Sarraceni multitudine Arabum stipati bellum inferunt, factaque pugna Romanos vincunt. porro milites Baanis seditione mota, Heraclio imperium abrogant, Baanemque imperatorem designant. interim sacellario cum suis recedente, Sarraceni licentiam nacti, bellum Baani

βιαίου νότου κατὰ Ῥωμαίων, καὶ μὴ δυναμένων τοὺς ἐχθροὺς ἀντωπῆσαι διὰ τὸν πολὺν κονιορτόν, δεινῶς τρέπονται, καὶ ῥίπτοντες ἑαυτοὺς εἰς τοὺς στενωποὺς τοῦ ποταμοῦ Ἱερμοχθᾶ διεφθάρησαν αἱ τεσσαράκοντα χιλιάδες. παρέλαβον δὲ καὶ τὴν Δαμασκὸν καὶ τὰς χώρας τῆς Φοινίκης, καὶ οἰκίζονται ἐκεῖ. εἶτα στρατεύονται κατ' Αἰγύπτου, καὶ λαβόντες καὶ αὐτὴν κατοικοῦσιν ἐν αὐτῇ.

Τῷ κϛ' ἔτει στρατεύει Οὔμαρος κατὰ Παλαιστίνης, καὶ παραλαμβάνει λόγοις τὴν ἁγίαν πόλιν Σωφρονίου πατριάρχου ὄντος. εἰσελθὼν δὲ Οὔμαρος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν τριχίνοις ἐκ κα-
C *μήλου ἐνδύμασιν ἠμφιεσμένος ἐρρυπωμένοις, ὑπόκρισίν τε Σατανικὴν ἐνδεικνύμενος, τὸν ναὸν ἐζήτει τῶν Ἰουδαίων, ὃν ᾠκοδόμησε Σολομῶν, προσκυνητήριον ποιῆσαι τῆς αὐτοῦ βλασφημίας. τοῦτον ἰδὼν Σωφρόνιος ἔφη "ἐπ' ἀληθείας τοῦτό ἐστι τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ," πολλοῖς τε δάκρυσι τοὺς Χριστιανοὺς ἀπωδύρετο. παρεκάλεσεν οὖν αὐτὸν λαβεῖν σινδόνα καὶ ἐνδύσασθαι· ὁ δὲ οὐκ ἠνέσχετο. μόγις οὖν ἐπείσθη, καὶ πλυνθέντων τῶν αὐτοῦ πάλιν ἀπέστρεψε τὰ τοῦ πατριάρχου. ἐν τούτοις ἀπεβίω Σωφρόνιος, πολλὰ κατὰ Ἡρακλείου καὶ τῶν ὁμο-*
D *φρόνων αὐτοῦ Σεργίου καὶ Πύρρου τῶν μονοθελητῶν ἀγωνισάμενος. τούτῳ τῷ ἔτει ἀπολύει Οὔμαρος τὸν Ἰὰδ εἰς Συρίαν, καὶ ὑπέταξε πᾶσαν τοῖς Σαρακηνοῖς.*

faciunt, eumque vincunt. nam Romani, cum vehemens auster iis esset adversus, ita ut prae multitudine pulveris hostes cernere nequirent, magna cum clade fusi, se ipsos in fuga in amnis Iermochthae angustias praecipitarunt: atque hoc modo illa 40 milia perierunt. Sarraceni autem Damasco insuper potiti sunt ac Phoenicia, ibique habitare coeperunt. in Aegyptum quoque facta expeditione, eam occupaverunt, ibique sedes posuere.

Anno 26 Umarus in Palaestinam cum infesto exercitu ingressus, sacram urbem certis conditionibus in potestatem accipit, Sophronio tum patriarchae munere fungente. ut in eam pervenit, vestem ex camelorum pilis contextam indutus atque sordidatus, satanicamque simulationem adhibens, templum Iudaeorum a Solomone exstructum quaesivit, ut in eo suae sacrilegae superstitionis domicilium constitueret. hunc videns Sophronius, ait: profecto hoc est abominandum illud vastationis argumentum, stans in loco sancto. multoque cum fletu rem Christianam lamentatus est. hortatus itaque eum est, ut sindone se indueret: verum is renuit. vix tandem assensus, lotis suis vestibus, patriarchae suas reddidit. ea tempestate diem suum obiit Sophronius, cum diu multumque adversus Heraclium, et cum eo sentientes Sergium ac Pyrrhum Monotheletas decertasset. hoc anno Umarus Iadum in Syriam mittit, totamque in Sarracenorum potestatem redigit.

Περὶ δέ γε τῆς ἁγίας γῆς ὁ θεσπέσιος ἔλεγε Μωϋσῆς πρὸς τὸν Ἰσραὴλ "ἰδοὺ κύριος ὁ θεός σου εἰσάξει σε εἰς γῆν ἀγαθὴν καὶ πολλήν, ἧς χείμαρροι ὑδάτων καὶ πηγαὶ ἀβύσσου ἐκπορευόμεναι διὰ τῶν πεδιάδων καὶ τῶν ὀρέων. γῆ πυροῦ καὶ κριθῆς, ἄμπελοι καὶ συκαῖ καὶ ῥοιαὶ καὶ φοίνικες· γῆ ἐλαίου καὶ μέλιτος· γῆ ἐφ' ἣν οὐ μετὰ πτωχείας φάγῃ τὸν ἄρτον σου· γῆ ἧς οἱ λίθοι σίδηρος, καὶ ἐκ τῶν ὀρέων αὐτῆς μεταλλεύσεις χαλκόν· γῆ ῥέουσα γάλα καὶ μέλι· γῆ ἣν κύριος ὁ θεός σου ἐπισκοπεῖ, ἥτις εὐλογημένη P 427 ἐστὶ καὶ καρποφόρος ὑπὲρ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ τῷ παραδείσῳ τοῦ θεοῦ παρεικαζομένη." προσμαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ σοφώτατος Ἀριστοτέλης λέγων "καὶ γὰρ πολυάνθρωπός ἐστιν ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας, καὶ παντοίοις καρποῖς εὐθηνοῦσα, ἀμπέλων τε καὶ ἀκροδρύων καὶ φοινίκων πλῆθος ἄπλετον, καὶ κτήνη πάμπολλα καὶ διάφορα, καὶ δαψιλὴς ἡ τούτων νομὴ δι' ὅλου τοῦ χρόνου γίνεται διὰ τὴν πολλὴν εὐκρασίαν τῆς γῆς καὶ πιότητα· πολὺ δὲ πλῆθος καὶ τῶν ἀρωμάτων καὶ λίθων πολυτελῶν καὶ χρυσοῦ παρακομιζομένου διὰ τῶν Ἀράβων." ὡσαύτως οὖν καὶ Ἰώσηπος B ἔφη "πάμφορος γὰρ οὖσα δι' εὔκρατον ἀέρα καὶ πολλὴν πιότητα χειμῶνος ὥρᾳ ἐκφέρει κάρυα καὶ ἐν καύματι φοίνικας, καὶ πλεῖστον γεωργεῖ ἔλαιον. καὶ σταφυλὴν μὲν καὶ σῦκα διὰ μηνῶν δέκα ἐσθίουσιν οἱ ἐκεῖσε, τοὺς δὲ λοιποὺς καρποὺς δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ τρυγῶσι." τὸ δὲ μέγεθος τῶν βοτρύων τῆς σταφυλῆς ἐκείνης ἐδήλωσεν ἡ γραφὴ λέγουσα περὶ τῶν κατασκόπων ὧν ἀπέστειλε Μωϋσῆς, ὅτι ἦλθον ἕως φάραγγος βότρυος, καὶ κόψαντες ἐκεῖ-

Ceterum de terra sancta Moses ita Israelitis est vaticinatus: ecce dominus deus tuus introducet te in regionem bonam et amplam, cuius aquae torrentes et fontes abyssi exeunt ex planitiebus et montibus: terram tritico et hordeo abundantem, vitibus, ficubus, malis punicis, palmis: terram oleo et melle affluentem, in qua pane tuo absque penuria vescaris: terram cui pro lapidibus est ferrum, et cuius ex montibus aes effodias: terram lacte et melle manantem: terram quam dominus deus tuus procurat, cui divinitus prosperitas est collata, ut fertilitate omnes alias terras superet, ac paradiso dei sit assimilis. suffragatur his etiam sapientissimus Aristoteles his verbis: nam terra promissionis et hominum et omnium frugum copia abundat. immensa ibi multitudo vitium glandium et palmarum: tum omnis generis pecus, omnique anni tempore pascua iis abunde suppeditantia, propter optimam soli temperiem atque pinguedinem: magna etiam ibi multitudo aromatum lapidum pretiosorum aurique ex Arabia importatorum. in hunc modum et Iosephus ait: foecundissima enim cum sit ea regio, ob aerem bene temperatum, ac multam pinguedinem, hieme nuces profert, aestu dactylos, et plurimum ibi olei colitur. qui ibi vivunt, decem integros menses uvis ac ficubus vescuntur: reliquarum frugum toto anno est collectura. iam magnitudinem botrorum vitis istius Scriptura indicans, de a Mose missis

θεν κλῆμα καὶ βότρυν σταφυλῆς ἕνα ἦραν αὐτὸν ἐπ' ἀναφορεῦσιν· ἐν ξύλῳ γὰρ ἐσχηματισμένῳ πλαγίως μέσον κρεμασθείς, καὶ ἐπ' ὤμων δύο ἀνδρῶν βασταζόμενος, πᾶσιν ἐδήλου τῆς ἁγίας γῆς
C ἐκείνης τὴν εὐκαρπίαν. δι' ἧς Ἀλέξανδρος ὁ μέγας διαπορευόμενος, καὶ ξύλα καρποφόρα, ἐν οἷς καὶ πήγανον θεασάμενος τὸ ὕψος καὶ πλάτος ἐφάμιλλον συκῆς, ἐθαύμασε σφόδρα τῆς γῆς ἐκείνης τὴν εὐκαρπίαν τε καὶ πιότητα. ἀλλὰ μὴν καὶ ὀποβάλσαμον γεωργεῖ πλεῖστον, καὶ ἕτερα πολλὰ δυσπόριστα καὶ ἀνθρώποις ἐπέραστα. κἀντεῦθεν τοίνυν, ὡς ἐξαίρετον καὶ διαφέρουσαν ἀσυγκρίτως πάσης τῆς γῆς, εἰκότως ἔδωκεν αὐτὴν ὁ θεὸς τῷ ἠγαπημένῳ καὶ πρωτοτόκῳ υἱῷ αὐτοῦ εἰς κληρονομίαν τε καὶ ἀπόλαυσιν. "εἰσήγαγε γὰρ αὐτούς" φησίν "εἰς ὄρος ἁγιάσματος αὐτοῦ, ὄρος τοῦτο ὃ ἐκτίσατο ἡ δεξιὰ αὐτοῦ." τοιγαροῦν ἐν τῇ
D ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ μακαρίᾳ γῇ καὶ ἀγαθῇ τῆς ἐπαγγελίας πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ θεὸς λόγος τοῖς προφήταις ὁραθείς, θεοπρεπῶς τε τὰς θεοφανίας ποιησάμενος, ἔλεγεν "ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ἐμυήθην." ἐπ' ἐσχάτων δὲ σαρκοφόρος ὤφθη καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, πληρώσας καὶ τό "μήτηρ Σιών, ἐρεῖ ἄνθρωπος, καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος." ἐν ᾗ καὶ τὸ σωτήριον ὑπομείνας πάθος τὴν παγκόσμιον εἰργάσατο σωτηρίαν. αὐτὸς γὰρ ὁ κύριος καρδίαν τῆς γῆς ἐκάλεσε τὴν Ἱερουσαλήμ·

exploratum narrat eos usque ad vallem uvarum pervenisse, ibique palmitem cum unica uva resectum vecti impositum portasse: quippe de ligno figurato medius suspensus ille racemus, ac duorum virorum humeris gestatus, ubertatem sacrae istius terrae omnibus demonstravit. per hanc iter faciens Alexander, arboresque videns frugiferas, atque inter alia rutam altitudine ac amplitudine ficui aemulam, vehementer soli illius fertilitatem atque pinguedinem est admiratus. praeterea plurimus ibi opobalsami est ex cultura proventus, aliorumque multorum quae paratu difficilia, hominibus sunt carissima. hanc itaque terram, ut eximiam et cui conferri nulla alia mereatur, convenienter deus dilecto suo atque primogenito filio hereditatis loco possidendam fruendamque dedit. "introduxit enim eos" inquit Scriptura (Psalm. 77) "in eum montem quem dextra ipsius condiderat." itaque ergo in sancta hac et beata bonaque terra promissionis multifariam ac variis modis olim deus verbum vatibus sese videndum exhibuit, suaeque essentiae convenienter apparitiones dei operatus, ita dixit (Oseae 12) "ego apparitiones multiplicavi, et inter manus vatum initiatus sum." idem ad extremum carnem gestans, inter homines perspicue est versatus, id quoque oraculum implens (Esa. 14) "mater Sion, dicet homo, et homo in ea natus est. ipse altissimus fundamenta eius locavit." eadem in regione salutare obiit supplicium, eoque toti mundo salutem paravit. ipse adeo dominus Hierosolyma cor

ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους ἡμέρας τρεῖς καὶ P 428
τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. ὅθεν καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος εἰς τὸ φάσκον ῥητὸν "ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ" φησί "καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς παλαιᾶς ἐκεῖθεν γέγονεν ἡ τοῦ θεοῦ εὐπρέπεια, οἷον ὁ βωμός, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἡ λατρεία πᾶσα καὶ ἡ πολιτεία τῆς παλαιᾶς νομοθεσίας, καὶ ἱερέων πλῆθος καὶ θυσία καὶ ὁλοκαύτωσις καὶ ὕμνοι ἱεροὶ καὶ ψαλμῳδίαι καὶ πάντα τὰ ἐκεῖθεν, καὶ τὰ μέλλοντα προδιεγέγραπτο. ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ ἀλήθεια παραγέγονεν, ἐκεῖθεν τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν, ἐκεῖθεν B
ὁ σταυρὸς ἔλαμψεν, ἐκεῖθεν τὰ μυρία κατορθώματα. διὰ δὴ τοῦτο καὶ περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ δευτέρας νομοθεσίας ὁ μέγας Ἡσαΐας λέγει 'ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ, καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν.' Σιὼν γὰρ ἐνταῦθα ὁλόκληρον λέγει τὸ χωρίον καὶ τὴν παρακειμένην αὐτῷ μητρόπολιν τῶν Ἰουδαίων. ἐκεῖθεν τοίνυν, ὥσπερ ἐκ βαλβῖδός τινος εὔδρομοι καὶ εὐσταλεῖς ἵπποι, εἰς τὴν οἰκουμένην ἅπασαν οἱ ἀπόστολοι ἐξεπέμφθησαν, ἐκεῖθεν τὰ σημεῖα ποιεῖν ἤρξαντο· ἐκεῖ γέγονε τὸ σωτήριον πάθος καὶ ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ἀνάληψις, ἐκεῖ τὰ προοίμια καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας. ἐκεῖ τὰ C
ἀπόρρητα δόγματα κηρύττεσθαι τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν. ἐκεῖ πρῶτον ἀπεκαλύφθη πατὴρ καὶ ἐγνωρίσθη μονογενὴς υἱὸς καὶ ἐδόθη τοσαύτη πνεύματος ἁγίου χάρις. καὶ τὸν περὶ τῶν ἀσωμάτων λόγον

terrae appellavit, cum diceret (Matth. 12) "sicut enim Ionas in ventre ceti fuit tres dies totidemque noctes, sic et filius hominis in ventre terrae tantundem temporis morabitur." inde et divus Chrysostomus haec verba explicans (Psalm. 49) "ex Sione decor venustatis eius" ita scribit. nam et vetere durante foedere inde decus dei sese exseruit, ut ara, ut penetrale sacrarium omnesque caeremoniae et antiquae legis administratio, tum multitudo sacerdotum, sacrificium, solida hostia, sacra carmina, cantiones psalmorum. quin et futura quaecunque essent, inde perscripta sunt oraculis. at postquam promissorum veritas exhiberi coepit, eius quoque rei initia ibi fuerunt. inde crux effulsit, inde innumera illa pulcherrima facinora. iccirco et de posteriore Christi legumlatione magnus ille Esaias sic fatur (cap. 2) "ex Sione lex prodibit, et sermo dei ex Hierosolymis, ac iudicium inter gentes feret." Sionis enim nomine ibi totam intelligit regionem ac ei adiacentem Iudaeae primariam urbem. inde, veluti carceribus ad cursum idonei atque parati quidam equi, in universum orbem emissi sunt apostoli: inde miracula coeperunt edere. ibi salutaris perpessio, resurrectio et in caelum assumptio fuerunt, ibi exordia et principium nostrae salutis; ibi coeptum est arcanam doctrinam promulgare; ibi primum patefactus est pater, et innotuit unigenitus filius, tantaque spiritus sancti gratia donata; ibi de

ἐκεῖ ἐγύμναζον, καὶ δωρεῶν καὶ δυνάμεων καὶ τῶν μελλόντων
ἀγαθῶν τὰς ἐπαγγελίας, ἅπερ ἅπαντα ὡραιότητας τοῦ θεοῦ λέγει·
κάλλη γὰρ θεοῦ καὶ ὡραιότης ἡ ἀγαθότης καὶ φιλανθρωπία καὶ
ἡ εἰς πάντας εὐεργεσία. ἐκεῖ τοίνυν καὶ τὸ πτῶμα καὶ πταῖσμα
τοῦ Ἀδὰμ θεραπεύσας, καὶ τὴν ταχίστην, ὥσπερ καὶ ὑπόπτερον,
τῶν ἁγίων συνέλευσιν καὶ ὑπάντησιν ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ παρου-
D σίᾳ προϋπεμφαίνων, ἔλεγεν 'ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται
οἱ ἀετοί.'" ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος εἰς τὸ πάθος
τοῦ Χριστοῦ λέγει "διόπερ οὐχ ἀλλαχόσε πάσχει Χριστὸς οὔτε
μὴν εἰς ἄλλον σταυροῦται τόπον ἢ εἰς τοῦ κρανίου τόπον, ἐν ᾧ δὴ
τῶν Ἑβραίων οἱ διδάσκαλοί φασι τοῦ Ἀδὰμ εἶναι τὸν τάφον·
ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν μετὰ τὴν κατάραν τεθάφθαι διαβεβαιοῦνται. διὰ
τοῦτο θαυμάζω τοῦ τόπου τὴν οἰκειότητα. ἔδει γὰρ τὸν κύριον
ἀνανεῶσαι θέλοντα τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, ἐν ἐκείνῳ παθεῖν τῷ
τόπῳ. καὶ ἐπειδὴ ἤκουσεν Ἀδὰμ 'γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ,'
P 429 ταύτῃ πάλιν ἐκεῖ τέθειται, ἵνα ἐν ᾧ τόπῳ τὴν κατάραν ἔλαβεν,
ἐκεῖ καὶ τὴν λύσιν ταύτης δέξηται."

Ὄντι δὲ τῷ βασιλεῖ Ἡρακλείῳ ἐν τῇ ἀνατολῇ ἐγεννήθη αὐ-
τῷ υἱὸς ὁ Δαβίδ. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐτέχθη καὶ Κωνσταντίνῳ τῷ
υἱῷ Ἡρακλείου Ἡράκλειος, ὃς ἐβαπτίσθη ὑπὸ Σεργίου τοῦ πα-
τριάρχου. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐπανέστησαν οἱ Πέρσαι κατ' ἀλλή-
λων, καὶ πολλοὶ διεφθάρησαν. τότε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰνδῶν πέμ-
πει συγχάρια τῷ βασιλεῖ, μαργαρίτας καὶ λίθους τιμίους πολλούς.

incorporeis rebus exercuerunt disputationem, ac promissiones de donis facultatibus et futuris bonis; quae omnia venustates dei appellat. pulchritudo enim dei et venustas bonitas eius est et humanitas et erga universos beneficentia. ibi igitur et Adami casum correxit, et celerrimum ac quasi cum volatu futurum conventum sanctorum, sibi secundum advenienti occursurorum, praemonstrans "ubi" inquit "cadaver, ibi congregabuntur aquilae." in hunc modum etiam magnus Athanasius de supplicio Christi loquitur: "iccirco, ait, non alibi supplicio subit Christus, neque alio in loco in crucem agitur, quam in loco cranii, ubi doctores Ebraeorum Adami sepulchrum esse dicunt, affirmantes ibi eum, postquam eum exsecratus est deus, humatum fuisse. propterea loci proprietatem miror. oportebat nimirum dominum, cum is renovare primum hominem vellet, ibi mortem obire. et quoniam dictum est Adamo (Gen. 3) "terra es, et in terram redibis," ibi is reconditus fuit, ut quo in loco damnationis sententiam percepit, eo et absolutionem adipisceretur."

Heraclio in Oriente degenti filius nascitur Davidus. eademque die Constantino Heraclii filio nascitur Heraclius, quem Sergius patriarcha baptizavit. eodem anno Persae inter sese mota seditione magnam sibi ipsis cladem intulerunt. tum temporis Indorum rex munera gratulationis ergo imperatori misit, uniones et gemmas multas. decesserat iam

ἦν δὲ ὁ Μωάμεδ προτελευτήσας, ὃς ἔστησε τέσσαρας ἀμηράδας πολεμεῖν τοῖς ἐξ Ἀράβων γενομένοις Χριστιανοῖς. καὶ ἦλθον κατέναντι Θεοδώρου κουβικουλαρίου, καὶ συμβαλόντες πόλεμον B ἀναιροῦνται οἱ τρεῖς ἀμηράδες καὶ πλῆθος πολὺ ἐξ αὐτῶν. ἐξῆλθε δὲ καὶ ὁ εἷς ἀμηρᾶς ὁ Χάλεβος, ὃν λέγουσιν μάχαιραν τοῦ θεοῦ. ἦσαν δέ τινες τῶν πλησίον Ἀράβων λαμβάνοντες παρὰ τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων ῥόγαν πρὸς τὸ φυλάττειν τὰ στόμια τῆς ἐρήμου. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ καιρῷ ἐλθόντες οὐκ ἔλαβον τὴν ῥόγαν, ἀλλ' ἐδιώχθησαν. λυπηθέντες δὲ ἀπῆλθον πρὸς τοὺς ὁμοφύλους, καὶ ὡδήγησαν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν χώραν Γάζης, στόμιον οὖσαν τῆς ἐρήμου κατὰ τὸ Σίναιον ὄρος, πλουσίαν σφόδρα. οἳ καὶ παρέλαβον τὴν Ἥραν καὶ πᾶσαν τὴν χώραν Γάζης. ἐλθὼν δὲ Σέργιος ἀπὸ C Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης σὺν ὀλίγοις στρατιώταις κτείνεται πρῶτος σὺν τῷ στρατῷ. οἱ δὲ λαβόντες αἰχμαλωσίαν πολλὴν ὑπέστρεψαν.

Τῷ κζ' ἔτει ἦλθεν Ἰωάννης ὁ Κατζᾶς, ἐπίτροπος Ὀσροηνῆς, πρὸς Ἰὰδ εἰς Χαλκηδόνα, καὶ ἐστοίχησε διδόναι αὐτῷ δέκα μυριάδας νομισμάτων πρὸς τὸ μὴ περᾶσαι τὸν Εὐφράτην μήτε εἰρηνικῶς μήτε πολεμικῶς. Ἡράκλειος δὲ τοῦτο μαθὼν ὡς ἄνευ εἰδήσεως αὐτοῦ τοῦτο πεποίηκε, τοῦτον ἐξώρισε καὶ ἀντ' αὐτοῦ Πτολεμαῖον στρατηγὸν ἔπεμψε. D

Τῷ κη' ἔτει παρέλαβον οἱ Ἄραβες τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ

14 στρατῷ Xylander, cum legeretur στρατηγῷ

tum Moamedus, constitutis quattuor ameradis, qui Arabibus Christianam religionem amplectentibus bellum facerent. hi adversus Theodorum cubicularium profecti cumque eo praelio congressi sunt. sed eo in praelio tres amerades magnaque cum his multitudo occubuerunt. exivit etiam reliquus ameras, Chalebus nomine, qui gladius dei appellabatur. erant quidam vicini Arabes, qui ab imperatore Romano stipendium tuendarum solitudinis faucium causa accipere solebant. hoc cum isti id temporis petitum venissent, repulsam passi eiectique sunt. quod indigne ferentes gentilibus se suis coniunxerunt, eisque ad Gazaeam regionem duces itineris se praebuerunt, quae aditum tenet in solitudinem iuxta Sinaeum montem, estque admodum dives. hoc modo ab iis Era omnisque Gazae dicio capta est. Sergius autem Caesarea Palaestinae veniens cum exigua militum manu, primus ipse cum exercitu interficitur. barbari magna praeda potiti discedunt.

Anno 27 venit Ioannes cognomento Catzas, Osroenae praefectus, Chalcedonem ad Iadum, eique centum milia numismatum daturum se promisit eo pacto ne is vel belli vel pacis gratia Euphraten transeat. Heraclius vero, ubi id Catzam se inscio pepigisse intellexit, hominem relegavit, eiusque loco exercitui Ptolemaeum praefecit.

Anno 28 Arabes Antiocheam ceperunt. missus quoque ab Umaro

ἐπέμφθη Μαβίας ὑπὸ Οὐμάρου στρατηγὸς καὶ ἀμηρᾶς πάσης τῆς ὑπὸ τοὺς Σαρακηνοὺς χώρας ἀπὸ Αἰγύπτου ἕως Εὐφράτου.

Τῷ κθ' ἔτει παραλαμβάνει Ἰὰδ τὴν Ἔδεσαν λόγοις, τὴν δὲ Κωνστάντειαν πολέμῳ, ὁμοίως καὶ τὸ Δαράς, καὶ πολλοὺς ἐν ταύτῃ ἀπώλεσε. καὶ οὕτως παρέλαβεν Ἰὰδ πᾶσαν τὴν Μεσοποταμίαν.

Τῷ δὲ λ' ἔτει ἐπεστράτευσαν οἱ Σαρακηνοὶ κατὰ Περσίδος, καὶ νικήσαντες πάντας τοὺς Πέρσας ὑπέταξαν. Ὁρμίσδας δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Περσῶν φυγῇ χρησάμενος ἐπὶ τοὺς ἐνδοτέρω Πέρσας καταφεύγει. οἱ δὲ Σαρακηνοὶ αἰχμαλώτους τὰς τοῦ Χοσρόου
P 430 θυγατέρας ἅμα τῇ βασιλικῇ ἀποσκευῇ ἄγουσι πρὸς Οὔμαρον. τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ ποιεῖ ἀναγραφὴν Οὔμαρος πάσης τῆς ὑπ' αὐτὸν οἰκουμένης, τῶν τε ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν καὶ φυτῶν.

Τῷ λα' ἔτει τελευτᾷ Ἡράκλειος βασιλεὺς ὑδεριάσας, μηνὶ Μαρτίῳ ια', βασιλεύσας ἔτη λ' μῆνας ι'. οὗτος ὑπὸ Ἀθανασίου πατριάρχου τῶν Ἰακωβιτῶν καὶ Σεργίου τοῦ Σύρου Κωνσταντινουπόλεως ἀπατηθεὶς εἰς τὴν αἵρεσιν τῶν μονοθελητῶν ἐξεκυλίσθη, καὶ δὴ μετὰ ταῦτα νόσῳ περιπεσὼν ὑδερικῇ, δι' ἧς καὶ τέθνηκε, δεινῶς ἐτιμωρεῖτο· ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ τὸ πάθος ἐπεκτάθη, ὡς
B ἡνίκα ἀπουρεῖν ἔμελλε, σανίδα τίθεσθαι κατὰ τοῦ ἤτρου διὰ τὸ στρέφεσθαι τὸ αἰδοῖον αὐτοῦ καὶ κατὰ τοῦ προσώπου τὸ οὖρον ἀναπέμπειν. ἔλεγχος δὲ ἦν τοῦτο τῆς ἑαυτοῦ παρανομίας ἕνεκεν τοῦ εἰς τὴν ἰδίαν ἀνεψιὰν Μαρτῖναν παρανομωτάτου γάμου. ἐτέθη δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν λάρνακι, καὶ ἔμεινεν ἀσκεπὲς ἡμέ-

est Mavias ductor et ameras omnis quae Sarracenis suberat regionis ab Aegypto usque ad Euphraten.

Anno 29 Iadus Edessam colloquio, Constantiam vi capit, itemque Daras, in quo multos interfecit. atque sic Iadus totam subegit Mesopotamiam.

Anno 30 Sarraceni Persidi bellum intulerunt, victosque Persas omnes sibi subiugarunt. Hormisdas Persarum rex fuga ad interiores Persas evasit. Sarraceni Chosroae filias captivas cum omni regia supellectile ad Umarum abduxerunt. eo ipso tempore Umarus censum egit per omnes suas diciones, hominum pecoris et stirpium.

Anno 31 Heraclius, die 11 Martii ex hydrope moritur, cum imperasset annos 30 menses 10. hic ab Athanasio Iacobitarum et Sergio Syro Cpolis patriarchis seductus, ad haeresin Monotheletarum devolutus fuit. postea in aquae intercutis morbum delapsus, qui et necavit eum, atroces poenas dedit. adeo enim malum increvit, ut lotium redditurus inferiori ventri tabulam imponere opus habuerit, eo quod veretrum ipsius inversum urinam sursum versus faciem emitteret. hoc erat argumentum flagitii, quod perpetravit iuncta sibi incestissimis nuptiis consobrina sua Martina. corpus eius in arcam repositum per 4 dies

ρας δ'. συνετάφη δὲ αὐτῷ καὶ στέμμα χρυσοῦν, καὶ οὕτως ἐσκεπάσθη.

Μετὰ τοῦτον βασιλεύει Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ μῆνας δ'. ἦν δὲ ἀσθενὴς τὸ σῶμα, καθ' ἑκάστην ὡς εἰπεῖν νοσηλευόμενος. τούτῳ τινὲς λέγουσιν ὅτι τὸ στέμμα, ἐν ᾧ ἐστέφθης, σὺν τῷ πατρί σου ἐτάφη. καὶ ἐκέλευσε Καλλινίκῳ κουβικουλαρίῳ κομίσαι αὐτό. ἀπελθὼν οὖν καὶ ἀνοίξας εὗρε τὸ σῶμα δια- C λυθὲν ὡσεὶ ὕδωρ, τὸ δὲ στέμμα συμπαγὲν τῇ κεφαλῇ. καὶ ἀνέσπασεν αὐτὸ σὺν τῇ κόμῃ, πενθῶν καὶ ὀδυρόμενος, καὶ ἀπήγαγε τοῦτο τῷ Κωνσταντίνῳ. ὁ δὲ ἐκέλευσε τοῦτο παραλυθῆναι καὶ τιμηθῆναι· ὃ καὶ διετιμήθη λίτρας ο'. τελευτᾷ δὲ Κωνσταντῖνος φαρμακευθεὶς ὑπὸ Μαρτίνης τῆς αὐτοῦ μητρυιᾶς καὶ Πύρρου πατριάρχου· καὶ τίθεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ἡρῴῳ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. γυνὴ δὲ τούτου Ἀναστασία, ἥτις μετὰ τελευτὴν συνετάφη τῷ ἰδίῳ ἀνδρί.

Βασιλεύει δὲ Ἡρακλωνᾶς σὺν μητρὶ Μαρτίνῃ μῆνας ς'. οὗτος προσήγαγεν εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν τὸ στέμμα ὅπερ ἀφείλετο Κωνσταντῖνος ἐκ τοῦ μνημείου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, δοὺς καὶ ἑκά- D στῳ στρατευομένῳ λεγάτον, νομίσματα τρία, ὑπὲρ Κωνσταντίνου ἀδελφοῦ αὐτοῦ. τούτῳ τῷ ἔτει παραλαμβάνει Μαβίας Καισάρειαν τῆς Παλαιστίνης μετὰ ἑπτὰ ἔτη τῆς πολιορκίας αὐτῆς, καὶ κτείνει ἐν αὐτῇ Ῥωμαίων χιλιάδας ἑπτά. τούτῳ τῷ ἔτει ἀπώσατο ἡ σύγκλητος Ἡρακλωνᾶν ἅμα Μαρτίνῃ τῇ μητρὶ αὐτοῦ καὶ Βα-

sine tegmine mansit. una sepulta est etiam aurea corona, sicque tectus fuit.

Post eum filius ipsius Constantinus imperium gessit per menses 4. corpore fuit languido, quotidie propemodum aegrotans. is a quibusdam admonitus coronam, qua regno inauguratus fuerat, cum patre esse sepultam, Callinico cubiculario mandat uti eam sibi afferat. abit ille, et sepulchro recluso cadaver Heraclii aquae instar dissipatum reperit, coronamque capiti adhaerescentem. eam cum crinibus revellit moestus atque lamentans, et Constantino adfert. is solvi ac aestimari iubet coronam, et aestimata est libris septuaginta. Constantinum hunc Martina noverca et Pyrrhus patriarcha veneno necaverunt, cadaverque eius in fano beatorum apostolorum repositum est. uxorem habuit Anastasiam, quae post mortem iuxta maritum est condita.

Imperium deinde Heraclonas cum matre Martina tenuit menses 6. is ad templum sanctae Sophiae protulit coronam, quam Constantinus ex sepulchro patris abstulerat. legatum quoque Constantini fratris militibus viritim tria nomismata distribuit. hoc anno Mabias Caesaream Palaestinae occupat, septem annos oppugnatam; ac in ea septem Romanorum milia interficit. eodem anno senatus Heraclonam cum matre sua

λεντίνῳ, καὶ γλωσσοκοπήσαντες Μαρτῖναν καὶ ῥινοκοπήσαντες Ἡρακλωνᾶν ἐξώρισαν ἀμφοτέρους. καὶ ἀνεβίβασαν Κώνσταντα τὸν υἱὸν Κωνσταντίνου, ἔγγονον Ἡρακλείου, ἐπὶ τὴν ἀρχήν, ὃς
P 431 ἐκράτησεν ἔτη κζ΄. ὁ δὲ Ἡρακλωνᾶς οὐκ ἐτάφη βασιλικῶς, ἀλλὰ διωχθεὶς ἐκ τῆς βασιλείας καὶ ἰδιωτεύων ἐτάφη ἐν τῷ μοναστηρίῳ σὺν τῇ μητρὶ Μαρτίνῃ. Πύρρου δὲ ἐκβληθέντος χειροτονεῖται πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως Παῦλος πρεσβύτερος καὶ οἰκονόμος, ἐπισκοπήσας ἔτη ιβ΄.

Κόσμου ἔτος ,ϛρλδ΄, τῆς θείας σαρκώσεως ἔτος χμ΄. Ῥωμαίων βασιλεὺς Κώνστας ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου υἱοῦ Ἡρακλείου, αἱρετικός, ἔτη κζ΄. ὃς παρακλητικοῖς λόγοις πρὸς τὴν σύγκλητον ἐχρήσατο, ἐπαινέσας αὐτὴν ὑπὲρ τοῦ μίσους Ἡρακλωνᾶ καὶ Μαρτίνης ὡς φονέων γεγονότων τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ δωρεαῖς φιλο-
B τιμησάμενος ἀπέλυσε.

Τῷ β΄ ἔτει ἤρξατο Οὔμαρος οἰκοδομεῖν τὸν ναὸν Ἱερουσαλήμ, καὶ οὐχ ἵστατο τὸ κτίσμα. πυθομένου δὲ τὴν αἰτίαν εἶπον οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ κατήγαγον τὸν σταυρὸν τὸν ὄντα ἐπάνω τοῦ ναοῦ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν, καὶ οὕτως συνέστη αὐτῶν ἡ οἰκοδομή. διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν πολλοὺς σταυροὺς κατήγαγον οἱ μισόχριστοι.

Τῷ γ΄ ἔτει γέγονεν ἔκλειψις ἡλίου.

Τῷ ϛ΄ ἔτει γέγονεν ἄνεμος βίαιος, καὶ πολλὰ δένδρα παμμεγέθη ἔπεσον, καὶ στύλους ἔρριψε.

et Valentino deficit, et Martinam exsecta lingua, Heraclonam naso mutilatum extorres agit: Constantem Constantini filium Heraclii nepotem imperio praeficiunt. tenuit hoc annos 27. ceterum Heraclonas non est imperatoria sepultura affectus, sed regno eiectus; privatamque agens vitam, cum matre Martina humatus est in dominico monasterio. Pyrrho etiam profligato patriarcha Cpolis creatur Paulus presbyter et dispensator, qui episcopatum gessit annos 12.

Anno mundi 6134, anno divinae incarnationis 640, Constans Romanorum imperium adeptus est, idque gessit annos 27, Constantini filius, Heraclii nepos haereticus. is senatum oratione blanda compellavit, collaudans eos ob insectationem Heraclonae et Martinae, a quibus patrem suum interfectum dicebat; liberaliterque donatos dimisit.

Anno huius altero Umarus aedificare templum Hierosolymitanum coepit; cumque aedificia non consisterent, Iudaei causam rogati eam exposuerunt, ac crucem quae templo montis olearum imposita erat deposuerunt. ita demum aedificia firmata sunt. atque haec res Christi osoribus occasionem praebuit multas cruces deturbandi.

Anno tertio defectus solis fuit.

Anno sexto ingens ventus multas praegrandes arbores ac columnas deiecit.

Τῷ ζ' ἔτει ἐπεστράτευσε Μαβίας εἰς Κύπρον, ἔχων σκάφη C *͵αψ', καὶ παρέλαβε Κωνστάντειαν καὶ πᾶσαν τὴν νῆσον.*

Τῷ η' ἔτει Μαβίας τὴν Ἄραδον σφοδρῶς πολεμήσας ταύτην λόγῳ παρέλαβε καὶ ἀπετείχισε καὶ ἐνέπρησε, καὶ τὴν νῆσον ἄοικον ἐποίησεν ἕως τοῦ νῦν. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει γέγονεν ἐν Ῥώμῃ σύνοδος ὑπὸ Μαρτίνου κατὰ τῶν μονοθελητῶν.

Τῷ ια' ἔτει κόνις ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατηνέχθη.

Τῷ ιβ' Μαβίας καταλαβὼν τὴν Ῥόδον καθεῖλε τὸν κολοσσὸν μετὰ ͵ατξε' ἔτη τῆς αὐτοῦ ἱδρύσεως· ὃν ὠνησάμενος ἔμπορος ἐνναχόσια καμήλια ἐφόρτωσε τὸν χαλκόν. καὶ γὰρ οἱ Ῥόδιοι D *θαλασσοκρατήσαντες ἀνέστησαν ἀνδριάντα χαλκοῦν τῷ ἡλίῳ πηχῶν π', ὡς λέγει τὸ ἐν αὐτῷ ἐπίγραμμα·*

"τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα
Λάχης ἐποίησε πήχεων ὁ Λίνδιος."

ὃν διὰ τὸ μέγεθος ἐκάλεσαν κολοσσόν, ἀφ' οὗ καὶ αὐτοὶ Κολοσσαεῖς ὀνομάσθησαν.

Τῷ ιγ' ἔτει Μαβίας ἐξόπλισιν ἐν Τριπόλει ἐποίησε μεγάλων πλοίων τοῦ ἀνελθεῖν κατὰ Κωνσταντινουπόλεως. τοῦτο θεασάμενοι δύο ἀδελφοὶ φιλόχριστοι, υἱοὶ βυκινάτορος, ζήλῳ θείῳ τρωθέντες ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον παρεγένοντο, καὶ τὰς πύλας διαρ- P 432 *ρήξαντες καὶ τοὺς δεσμίους λύσαντες τὸν ἀμηρᾶν Τριπόλεως ἀπέκτειναν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, καὶ τὴν ἀποσκευὴν πᾶσαν ἐμπρήσαντες ἐπὶ Ῥωμανίαν ἀπέπλευσαν. καὶ ὁ μὲν Μαβίας στρατεύει Και-*

Anno 7 Mabias in Cyprum expeditionem fecit, navibus 1700, occupavitque Constantiam et totam insulam.

Anno 8 Mabias Aradum post acrem oppugnationem pacto cepit, murisque deiectis incendit, fecitque ut insula in hunc usque diem habitatoribus careat. eo ipso anno Romae Martinus concilium egit contra Monotheletas.

Anno 11 pulvis de caelo est delatus.

Anno 12 Mabias Rhodo potitus colossum evertit, anno post quam is positus fuerat 1365. quem cum quidam mercator emisset, aere illo 900 camelos oneravit. etenim Rhodii maris imperium obtinentes aeream soli statuam posuerunt, altam cubitos 80, quod inscriptio eius docet:

qui stat Rhodi colossus, octies decem
fecit Laches hunc altum cubitos Lindius.

a magnitudine ei Colossi nomen indiderunt; et ab eo ipsi quoque Colossenses sunt denominati.

Anno 13 Mabias apud Tripolim magnas instruxit naves, Cpolin petiturus. id cernentes duo Christiani fratres, buccinatoris filii, divino animi fervore exagitati ad carcerem accurrerunt, effractisque foribus, et qui captivi erant liberatis, ameram Tripolitanum et eos qui ipsi aderant occiderunt; universoque apparatu cremato in Romaniam navigio abive-

σάρειαν τῆς Καππαδοκίας, Ἀβουλαούαρ δὲ ἀρχηγὸν κατέστησε τῶν πλοίων· ὃς παραγενόμενος εἰς τὸν Φοίνικα τῆς Λυκίας, ἔνθα ἦν ὁ βασιλεὺς μετὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου, ναυμαχεῖ μετ' αὐτοῦ. τῇ οὖν πρὸ τοῦ πολέμου ἑσπέρᾳ θεωρεῖ κατ' ὄναρ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἦν ἐν Θεσσαλονίκῃ. διυπνισθεὶς δὲ διηγήσατο τῷ ὀνειροκρίτῃ. ὁ δὲ ἔφη "ὦ βασιλεῦ, εἴθε μὴ ὕπνωσας τῇ νυκτὶ ταύτῃ, μήτε
B ὄνειρον ἐθεάσω· τὸ γὰρ εἶναί σε ἐν Θεσσαλονίκῃ, θὲς ἄλλῳ τὴν νίκην, κρίνεται. πρὸς τὸν ἐχθρόν σου ἡ νίκη τρέπεται." καὶ δὴ τοῦτο καὶ ἀπέβη· συμβαλόντες γὰρ πόλεμον ἡττῶνται Ῥωμαῖοι, καὶ συγκιρνᾶται ἡ θάλασσα τῷ αἵματι τῶν Ῥωμαίων. ἐνδύει δὲ ὁ βασιλεὺς ἄλλον τὴν ἐσθῆτα αὐτοῦ, καὶ εἰσπηδήσας ὁ προλεχθεὶς υἱὸς τοῦ βυκινάτορος τὸν βασιλέα ἀφαρπάζει καὶ εἰς ἕτερον σκάφος μεταβάλλει καὶ παραδόξως διασώζει. αὐτὸς δὲ ἐπιστὰς τῇ βασιλικῇ νηῒ πολλοὺς ἀνεῖλεν ὁ γενναιότατος, ὕστερον δὲ ἀναιρεῖται καὶ αὐτός. ὁ δὲ βασιλεὺς μόλις διασωθεὶς ὑπέστρεψε μετ' αἰσχύνης ἐν Κωνσταντινουπόλει.

C Ἐφ' ὧν χρόνων καὶ ὁ ἀρχηγὸς τῶν Παυλικιάνων ἀνεφάνη Κωνσταντῖνος, ὁ καὶ Σιλουανὸν αὐτὸν ὀνομάσας. ἔστι δὲ ἡ αἵρεσις αὐτῶν οὕτως. Παυλικιάνοι οἱ καὶ Μανιχαῖοι. μετωνομάσθησαν δὲ ἀντὶ Μανιχαίων Παυλικιάνοι ἀπὸ Παύλου τινὸς Σαμοσατέως, υἱοῦ γυναικὸς Μανιχαίας Καλλινίκης τοὔνομα, ἥτις δύο υἱοὺς ἔσχε, τοῦτον τὸν Παῦλον καὶ Ἰωάννην. τούτους οὖν τὴν

runt. porro Mabias Caesaream Cappadociae bello petens classi praeficit Abulavarem. is ad Phoenicem Lyciae cum appulisset, ubi imperator cum Romana classe erat, navali pugna cum eo congreditur. quae eam pugnam proxime antecessit vespera, ea imperator per somnum imaginatus fuerat se esse Thessalonicae; idque insomnium coniectori proposuerat. atque hic "utinam" ait, "o imperator, hac nocte neque dormivisses, neque insomnium tibi esset oblatum. quod enim tibi visus es apud Thessalonicam esse, id significat thes allo nicam, alteri cede victoriam. proinde ad hostes victoria inclinat." atque ita quidem evenit. eo enim praelio victi sunt Romani, eorumque sanguis mari permixtus. imperator tum alium quendam suis vestibus induit. insiliens autem in navim is cuius paulo ante mentionem fecimus buccinatoris filius, abreptum imperatorem in aliud navigium transfert, praeterque hominum opinionem servat. ipse imperatoriae navi insistens, fortissime pugnando multis deiectis tandem ipse quoque cadit. imperator vix aegre salutis compos cum dedecore Cpolin redit.

Circa hoc tempus exstitit Constantinus quidam, qui et Silvani nomen usurpabat, Paulicianorum sectae princeps. eius haereseos haec est historia. Manichaei Paulicianorum nomen sibi sumpserunt a Paulo quodam Samosateno, Manichaeae cuiusdam mulieris Callinices nomine filio. ea cum haberet duos filios, Paulum scilicet hunc et alium Ioannem,

Μανιχαϊκὴν αἵρεσιν διδάξασα ἐκ τοῦ Σαμοσάτου εἰς Ἀρμενιακοὺς κήρυκας τῆς αἱρέσεως αὐτοὺς ἀπέστειλεν· οἵτινες ἐλθόντες εἰς κώμην τινὰ τῆς Φαναρροίας ἐκεῖσε τὴν ἑαυτῶν αἵρεσιν ἐνέσπειραν. ἔκτοτε οὖν ἡ μὲν κώμη μετωνομάσθη Ἐπίσπαρις, οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτῶν Παυλικιάνοι ἐκλήθησαν. οὗτοι μετὰ χρόνους πολλοὺς τῆς D *διαδοχῆς τοῦδε τοῦ Παύλου ἕτερον ἔσχον διδάσκαλον Κωνσταντῖνον καλούμενον, τὸν προρρηθέντα Σιλβανόν. τοῦτον ἔχουσιν ἀρχηγὸν τῶν διδασκαλιῶν αὐτῶν, καὶ οὐχὶ τὸν Παῦλον. οὗτος γὰρ αὐτοῖς παρέδωκε τὰς αἱρέσεις αὐτοῦ ἀγράφως κατὰ παράδοσιν, τὸ εὐαγγέλιον μὲν κατὰ παράδοσιν, τὸν δὲ ἀπόστολον ἐγγράφως, ἀπαράλλακτα μὲν τῇ γραφῇ καὶ τοῖς λόγοις ὡς καὶ τὰ παρ' ἡμῖν ὄντα παραδούς, διαστρέψας δὲ ἕκαστον κεφάλαιον πρὸς τὰς ἑαυτοῦ αἱρέσεις, νομοθετήσας αὐτοῖς καὶ τοῦτο, μὴ δεῖν ἑτέραν βίβλον οἱανοῦν ἀναγινώσκειν εἰ μὴ τὸ εὐαγγέλιον καὶ τὸν ἀπόστολον. μετὰ δὲ Κωνσταντῖνον καὶ Σιλβανὸν δεύτερον ἔσχον διδάσκαλον* P 433 *Συμεῶνα καλούμενον, μετονομάσαντα δὲ ἑαυτὸν Τιμόθεον. τέταρτον δὲ Ἰωσὴφ μετονομάσαντα ἑαυτὸν Ἐπαφρόδιτον, καὶ μετὰ τοῦτον Ζαχαρίαν. ἀλλὰ τοῦτον ὡς μισθωτὸν καὶ οὐκ ἀληθῆ ποιμένα ἀποβάλλονται ἔνιοι ἐξ αὐτῶν. ἕκτον τὸν Βαάνην τὸν ῥυπαρόν, καὶ ἕβδομον τὸν Σέργιον τὸν καὶ Τυχικὸν ἑαυτὸν μετονομάσαντα. Μάνεντα τοίνυν καὶ Παῦλον καὶ Ἰωάννην, καὶ ἄλλους οὓς ἐάν τις εἴπῃ αὐτοῖς, προθύμως ἀναθεματίζουσι· Κων-*

7 *προσρηθέντα?* 14 *οἱονοῦν* P 16 *Συμεῶνα τὸν καὶ Τίτον, καὶ τρίτον τὸν πρὶν μὲν Γενέσιον καλ.?*

Manichaea eos haeresi instituit, Samosatisque in Armeniam emisit, uti ibi eam haeresim promulgarent. id quod ii fecerunt in vico quodam Phanarroeae. exinde vico Episparidis, sectatoribus Paulicianorum nomen factum fuit. hi longo post hunc Paulum tempore magistrum habuerunt alium, Constantinum illum qui cognomentum Silvani gessit. hunc principem suarum doctrinarum agnoscunt, non Paulum. hic enim iis opiniones quas sectantur, absque scripto per traditiones exhibuit, evangelium quidem ex traditione, apostolum autem scripto. tradidit autem ita ut nihil a Scriptura differrent apud nos recepta, sed singula capita ad suam detorsit haeresin. nam et hanc ipsis legem posuit, ne praeter evangelium et apostolum ullum alium librum legerent. secundum Constantinum illum Silvanum alium habuerunt praeceptorem, Simeonem nomine, sed qui se Timotheum vocaret. quartum Iosephum, qui sibi Epaphroditi appellationem imposuit. ab hoc Zachariam, quem tamen veluti mercenarium et non verum pastorem quidam ipsorum repudiant. sextum Baanem, cognomento sordidum. septimum Sergium, qui Tychicum sese denominavit. ac Manetem quidem, Paulum, Ioannem, et alios quicunque ipsis proponantur, libenter ii damnant: Constantinum autem

σταντῖνον δὲ τὸν καὶ Σιλβανὸν ἐπικληθέντα, καὶ Συμεῶνα τὸν καὶ Τίτον, καὶ Γενέσιον τὸν καὶ Τιμόθεον, καὶ Ἰωσὴφ τὸν καὶ Ἐπα-
B φρόδιτον, καὶ Βαάνην τὸν ῥυπαρὸν καὶ Σέργιον καὶ Τυχικὸν ὡς διδασκάλους αὐτῶν οὐδαμῶς ἀναθεματίζουσιν, ἀλλ' ἔχουσιν αὐτοὺς ὥσπερ ἀποστόλους Χριστοῦ. λέγουσι δὲ καὶ ἓξ ἐκκλησίας ἐν τῇ ὁμολογίᾳ αὐτῶν, τὴν Μακεδονίαν, ἥτις ἐστὶ Κάστρον κολωνείας, τὴν Κίβωσαν, ἣν ἐμαθήτευσε Κωνσταντῖνος ὁ καὶ Σιλβανὸς καὶ Συμεὼν ὁ καὶ Τίτος, τὴν Ἀχαΐαν, ἥτις ἐστὶ κώμη Σαμοσάτου, τὴν Μάναλιν, ἣν ἐμαθήτευσε Γενέσιος ὁ καὶ Τιμόθεος, τὴν τῶν Φιλιππησίων, τοὺς μαθητὰς λέγοντες Ἰωσὴφ τοῦ καὶ Ἐπαφροδιτοῦ καὶ Ζαχαρίου τοῦ μισθωτοῦ ποιμένος παρ' αὐτῶν λεγομένου, τὴν τῶν Λαοδικέων, λέγουσι δὲ Κυνοχωρίτας. τὴν μέντοι τῶν Ἐφεσίων, τοὺς ἐν Μόψου ἑστίᾳ καὶ τὴν τῶν Κολοσ-
C σαέων λέγουσιν ὡς Σέργιος ὁ καὶ Τυχικὸς ἀνεθεμάτισε. τούτους οὖν τοὺς ἑπτὰ διδασκάλους αὐτῶν καὶ τὰς ἓξ ἐκκλησίας ἔχουσιν ἐντίμως· οὓς καὶ σέβονται. πάντας δὲ τοὺς λοιπούς, οὓς ἐὰν εἴπῃ τις αὐτοῖς, καὶ ἀναθεματίζουσι καὶ ἀποβάλλονται. ἔχουσι δὲ πρώτην αἵρεσιν τὴν τῶν Μανιχαίων, δύο ἀρχὰς ὁμολογοῦντες ὡς κἀκεῖνοι. λέγουσι δὲ οὗτοι ὅτι ἕν ἐστι μόνον τὸ διαχωρίζον ἡμᾶς ἐκ τῶν Ῥωμαίων, ὅτι ἡμεῖς μὲν ἕτερον θεὸν λέγομεν ὑπάρχειν τὸν πατέρα τὸν ἐπουράνιον, ὃς ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ἀλλ' ἐν τῷ μέλλοντι, ἕτερον δὲ θεὸν τὸν κόσμου ποιητήν, ὅστις ἔχει τοῦδε τοῦ παρόντος τὴν ἐξουσίαν· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι,
D φασίν, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν θεὸν ὁμολογοῦσιν εἶναι καὶ πατέρα τὸν

Silvanum, Simeonem qui Titi, Genesium qui Timothei, Iosephum qui Epaphroditi, Baanem sordidum, et Sergium qui Tychici titulo se insignibat, nequaquam damnant, quippe eos pro suis agnoscentes magistris: sed eos loco apostolorum Christi habent. nominant sex ecclesias in sua confessione, Macedoniam, quae est castrum coloniae, Cibosam, quam docuit Constantinus Silvanus et Simeon Titus, Achaiam, qui est vicus Samosatorum, Manalin, quam instituit Genesius Timotheus, Philippensem, dicentes in ea esse discipulos Iosephi Epaphroditi et Zachariae, quem ipsi mercenarium pastorem appellant, Laodicensem, quos Cynochoritas vocant, quasi a canum regione. sed Ephesiam, eam quae est Mopsuestiae, et Colossensem a Sergio Tychico damnatas dicunt. hos ergo septem ipsorum doctores et sex ecclesias in honore habent ac venerantur, reliquos omnes, quoscunque ipsis nomines, damnant atque respuunt. servant primam Manichaeorum haeresin, duo principia cum ipsis affirmantes. unum tantum esse aiunt, quod ipsos a Romana ecclesia disiungat: se enim sentire alium esse deum patrem caelestem, qui in hoc mundo nihil habeat potestatis, habeat autem in futuro, alium deum mundi conditorem, cui in praesentem mundum ius sit, Romanos autem profiteri esse unum deum, eundemque patrem caelestem et universi fa-

αὐτὸν ἐπουράνιον καὶ τοῦ κόσμου παντὸς ποιητήν. καλοῦσι δὲ ἑαυτοὺς μὲν Χριστιανοὺς ἡμᾶς δὲ Ῥωμαίους. λέγουσι δὲ πρὸς τοὺς ἀγνοοῦντας αὐτοὺς προθύμως "πιστεύομεν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, τὸν ἐπουράνιον πατέρα· καὶ ἀνάθεμα," φασί, "τῷ μὴ οὕτως πιστεύοντι," μεμελετημένως λίαν τὴν ἑαυτῶν κακίαν μεθοδεύοντες. οὐ γὰρ προστιθέασιν, ὅτε λέγουσι τὸν πατέρα τὸν ἐπουράνιον, ὅτι τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. χρὴ δὲ τὸν προσδιαλεγόμενον ὀρθόδοξον αἰτεῖν τὸν Μανιχαῖον τοῦ εἰπεῖν τὸ σύμβολον τῆς πίστεως, τό "πιστεύω ἕνα θεόν, πατέρα παντοκράτορα, P 434 ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων" καὶ τὰ ἑξῆς. ἔπειτα δὲ βλασφημοῦσι μὲν εἰς τὴν παναγίαν θεοτόκον ἄμετρα· ἐὰν δὲ βιασθῶσι παρ' ἡμῶν ὁμολογῆσαι αὐτήν, ἀλληγορικῶς λέγουσι "πιστεύω εἰς τὴν ἁγίαν θεοτόκον, ἐν ᾗ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ὁ κύριος." λέγουσι δὲ τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ, ἐν ᾗ πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθε Χριστός, καθώς φησιν ἀπόστολος, καὶ οὐ λέγουσι κατὰ ἀλήθειαν τὴν ἁγίαν Μαρίαν θεοτόκον, οὐδὲ ἐξ αὐτῆς σαρκωθῆναι τὸν κύριον. βλασφημοῦσι δὲ καὶ εἰς τὰ θεῖα μυστήρια τῆς ἁγίας κοινωνίας τοῦ B τιμίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, λέγοντες ὅτι τὰ ῥήματα αὐτοῦ ὁ κύριος διδοὺς τοῖς ἀποστόλοις ἔλεγε "λάβετε, φάγετε καὶ πίετε," οὐκ ἄρτον καὶ οἶνον· καὶ οὐ χρή, φησί, προσάγεσθαι ἄρτον καὶ οἶνον. βλασφημοῦσι δὲ καὶ εἰς τὸν τίμιον σταυρόν, λέγοντες ὅτι σταυρὸς ὁ Χριστός

ctorem. se Christianos, nos Romanos appellant. iis quibus ignoti sunt, alacriter dicunt credere se in patrem filium et spiritum sanctum, caelestem patrem; exsecranturque adeo eum qui non hoc modo credat. sed nimis meditate suam malitiam consectantur. cum enim patrem caelestem nominant, non addunt solum verum deum, conditorem caeli et terrae atque omnium quae in iis sunt. enimvero Christianus cum Manichaeo disputans postulare ab eo debet ut symbolum fidei recitet hoc "credo in unum deum patrem omnipotentem, qui fecit caelum et terram, omnia quae et videntur et visu non deprehenduntur" et caetera. deinde immoderata maledicendi impietate sanctissimae deiparae obtrectant. cumque a nobis coguntur eam fateri, verbis aliud significantibus dicunt "credo in sanctissimam deiparam, in quam intravit et ex qua exivit dominus." his verbis occulte notant Hierosolymorum urbem supernam, in quam praecursor nostri causa intravit Christus, ut ait apostolus (Ebrae. 6). neque vere appellant beatam Mariam deiparam, neque dominum ex ea carnem assumpsisse. impie quoque de divinis mysteriis sanctae communionis pretiosi corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi garriunt, dicentes dominum verba sua apostolis dedisse, eaque iussisse accipere, edere atque bibere, non panem et vinum, quae quidem etiam adhibenda negant. quin et venerandae cruci scelerate de-

ἐστιν, οὐ χρὴ δὲ προσκυνεῖσθαι τὸ ξύλον ὡς κεκατηραμένον ὄργανον. τοὺς δὲ προφήτας καὶ λοιποὺς ἁγίους ἀποβάλλονται. ἔτι δὲ τὸν ἅγιον Πέτρον, τὸν μέγαν πρωταπόστολον, πλέον πάντων καὶ δυσφημοῦσι καὶ ἀποστρέφονται, ἐξ αὐτῶν μηδένα τινὰ ἐν μέρει τῶν σωζομένων εἶναι λέγοντες. καθολικὴν ἐκκλησίαν τὰ C *ἑαυτῶν συνέδρια, πρὸς ἡμᾶς ἐν τῇ ἀλληγορίᾳ αὐτῶν λέγοντες· πρὸς ἑαυτοὺς γὰρ ἐκεῖνοι προσευχὰς αὐτὰ λέγουσι. βάπτισμα δὲ τὰ ῥήματα τοῦ εὐαγγελίου, καθώς φησιν ὁ κύριος "ἐγώ εἰμι τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν." ταῦτα πάντα, καὶ πλείω τούτων, ὅτε φωραθῶσιν, ἀλληγοροῦσιν. ἀλλὰ χρὴ νουνεχῶς καὶ διωρισμένως αὐτοῖς εἰς πάντα διαλέγεσθαι. καὶ γὰρ καὶ τὸ ψεῦδος προχείρως ἔχουσιν ὡς νόμον οἰκεῖον, πάντοτε μέν, μάλιστα δὲ ὅταν βιασθῶσι, διαψευδόμενοι καὶ λέγοντες καθὼς ἐὰν προσταχθῶσιν ἢ προτραπῶσι, καὶ ἀνέγκλητοι ὄντες παρ' ἑαυτοῖς. οὕτως γὰρ ὁ Μάνης* D *αὐτοῖς παρέδωκεν ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ἄσπλαγχνος, φησίν, ὡς ὁ Χριστὸς ὁ εἰπών 'ὅστις με ἀρνήσεται, ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγώ.' ἀλλ' ἐγὼ λέγω, τοῦ ἀρνουμένου με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων καὶ τῷ ψεύδει τὴν οἰκείαν σωτηρίαν πορῐζομένου ὡς μὴ ἀρνουμένου μετὰ χαρᾶς δέχομαι καὶ τὴν ἀνάκλησιν καὶ τὸ ψεῦδος ὡς τὴν πρὸς ἐμὲ ὁμολογίαν ἀνευθύνως. ὁμοίως μέντοι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους καὶ λοιποὺς ἱερεῖς τῶν παρ' ἡμῖν ἀποβάλλονται. ἐκεῖνοι δὲ καὶ τοὺς ἱερεῖς αὐτοὺς συνεκδήμους λέγουσι καὶ νοταρίους, ἀδιαφόρους πᾶσιν αὐτοῖς ὄντας καὶ τοῖς σχήμασι καὶ ταῖς διαίταις καὶ πάσῃ*

trahunt, Christum esse crucem dicentes, neque adorandum esse lignum, exsecrationibus deditum instrumentum. vates quoque divinos et reliquos sanctos explodunt. beatum Petrum, magnum illum apostolorum principem, gravius reliquis omnibus et infamant et prorsus a se reiiciunt, negantes eum in ullam salutis partem venire. concilia sua ecclesiam catholicam nominant in suis ad nos allegoriis: inter se enim a precibus ea proseuchas appellant. pro baptismo habent verba evangelii, quia dominus dixerit se esse aquam vivam (Ioann. 4). omnia haec atque etiam plura, ubi deprehensi tenentur, aliud tecte significantibus verbis (id enim voco allegoriam) involvunt. oportet autem attente et distincte de singulis contra eos disputare. nam et mentiri iis in promptu est, ita ferentibus ipsorum legibus, et cum alias semper, tum praecipue ubi urgentur, mendacio interposito elabuntur, affirmantes quidquid imperetur. neque ob tale mendacium in aliqua apud suos sunt culpa, quia nimirum ipsis liberum hoc fecit Manes. is enim dixit non se inhumanum esse instar Christi, dicentis (Matth. 10) se vicissim eos abnegaturum a quibus fuisset negatus. se eos qui ipsum coram hominibus diffessi fuissent eoque mendacio sibi salutem quaesivissent, tanquam non diffessos cum gaudio recipere, revocationemque et mendacium non magis culpare quam si ipsum professi fuissent. similiter tamen seniores sacerdotes reliquos nostrates aversantur. suos peregrinationis

τῇ τοῦ λοιποῦ βίου κατασκευῇ. ἔχουσι δὲ πάντα τὰ τοῦ εὐαγγε- P 435
λίου καὶ τοῦ ἀποστόλου ῥητὰ διάστροφα, πρὸς τὰ παρ' ὑμῖν ὄντα
ἐναντία, παρ' αὐτῶν δὲ συντεθέντα ὡς δῆθεν ἁρμόζοντα ταῖς
οἰκείαις αὐτῶν αἱρέσεσιν. ὡς γὰρ εἴρηται τῇ γραφῇ καὶ τοῖς
λόγοις, οὕτως εἰσὶν ὡς καὶ τὰ παρ' ἡμῖν ἀπαράλλακτα, τὰ δὲ
νοήματα διαστρέφουσι, καθὼς ἐν τοῖς διὰ πλάτος μοι λέλεκται
περὶ τούτων σαφέστερον. προσκυνοῦσι δὲ τὸ παρ' ἡμῖν εὐαγγέ-
λιον, ὅτε τύχῃ, οὐκ ἐν τῷ σταυρῷ ἀλλ' ἐν τῷ βιβλίῳ, λέγοντες
ὅτι λόγοι τοῦ Χριστοῦ εἰσὶ καὶ διὰ τοῦτο αὐτοῖς προσκυνοῦμεν. ἐν
ἀσθενείᾳ δὲ καὶ πόνῳ τινὲς ἐξ αὐτῶν ὅτε περιπέσωσι, τὸν σταυ-
ρὸν ἐπιτιθέασιν ἑαυτοῖς· καὶ ὑγιείας τυγχάνοντες πάλιν αὐτὸν B
συγκλῶσι καὶ εἰς πῦρ βάλλουσι καὶ καίουσιν ἢ καταπατοῦσιν αὐ-
τόν. τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν καὶ τὰ παιδία ἑαυτῶν βαπτίζουσιν ὑπὸ
τῶν ἡμετέρων πρεσβυτέρων. ἕτεροι δὲ εἰσερχόμενοι ἐν τῇ ἡμε-
τέρᾳ ἐκκλησίᾳ τῶν ὀρθοδόξων λεληθότως μεταλαμβάνουσι πρὸς
πλείονα ἐξαπάτησιν τῶν ἁπλουστέρων. ταῖς τοιαύταις μεθοδείαις
καὶ ὑποκρίσεσι χρώμενοι πάσῃ ἀκολασίᾳ καὶ μιασμῷ ἑκατέρας ἀν-
θρώπων φύσεως ἀδιαφόρως καὶ ἀδεῶς χρῶνται. τινὲς δὲ ἐξ αὐ-
τῶν πρὸς τοὺς γονεῖς καὶ μόνον ἑαυτῶν διαφέρεσθαι λέγουσι.

Τῷ ιϛ' ἔτει ἐπεστράτευσεν ὁ βασιλεὺς κατὰ Σκλαβίνων, καὶ
πολλοὺς αἰχμαλωτίσας ὑπέστρεψεν. οὗτος ὁ Κώνστας μὴ δυνη- C
θεὶς τὸν ἅγιον Μάξιμον εἰς τὴν ἑαυτοῦ κακοδοξίαν μετενεγ-
κεῖν, τήν τε γλῶσσαν καὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἀπέκοψε. καὶ τὸν

suae socios vocant et notarios; hique a ceteris nulla prorsus re, non habitu, non victus ratione, non reliquo vitae apparatu differunt. omnia evangelii et apostoli dicta habent perversa et nostris sententiis contraria, ab ipsis ita composita ut qui suis ea erroribus accommodarent. nam quomodo ea scripta sunt atque sonant, ita apud ipsos habentur, nihil prorsus a nostris deflexa: sed sententias pervertunt, sicut alibi copiose est a me de tota hac re dictum. nostrum evangelium adorant ubi occasio tulit, dicentes non in cruce esse Christi verba sed in libro, ideoque hunc a se adorari. quidam ex ipsis cum morbis doloribusve premuntur, crucem sibi imponunt; eandemque recepta sanitate confringunt, in ignem abiiciunt ac cremant, aut etiam conculcant. sunt inter eos qui infantes suos a nostris presbyteris baptizari curent. alii in nostram orthodoxorum ecclesiam cum veniunt, occulte communicant, ut eo facilius simplicioribus imponant. huiusmodi artibus ac simulationibus ii utentes, interim absque ullo discrimine et metu omnis generis libidini et obscoenitati vacant, promiscue utrumque sexum lascivia sua foedantes, quando nonnulli de eorum corpore tantum parentibus, et quidem propriis, abstinendum perhibent.

Anno 16 imperator in Slavinos expeditionem fecit, multisque captis et imperio suo subactis domum rediit. idem Constans sancto Maximo, cum eum ad pravae sententiae societatem perducere nequiret, linguam

ἅγιον Μαρτῖνον πάπαν Ῥώμης ἐξώρισε διὰ τὸ ἐλέγχεσθαι ὑπ' αὐτῶν τὸ μονοθέλητον αὐτοῦ δόγμα.

Τῷ ιζ' ἔτει Μαβίας ὁ τῶν Ἀράβων ἀρχηγὸς μετὰ ταῦτα ἐπρέσβευε περὶ εἰρήνης πρὸς Κώνσταντα διὰ τὴν εἰς αὐτὸν γενομένην ὑπὸ τῶν Ἀράβων ἀνταρσίαν, καὶ ἵνα τελῶσιν ὑπὲρ τῆς τοιαύτης εἰρήνης τοῖς Ῥωμαίοις οἱ Ἄραβες καθ' ἡμέραν νομίσματα χίλια καὶ ἵππον καὶ δοῦλον. ὁ δὲ οὐκ ἐπείσθη.

D Τῷ ιη' ἔτει ἀνεῖλε Κώνστας ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιον τὸν ἴδιον ἀδελφόν· σκανδαλιζόμενος γὰρ εἰς αὐτὸν ἔκειρε πρότερον αὐτὸν διὰ Παύλου πατριάρχου διάκονον, ὃς καὶ μετέδωκε τῷ βασιλεῖ τῶν ἀχράντων μυστηρίων ἐν ἁγίῳ ποτηρίῳ. ὃς μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ καθ' ὕπνους συχνῶς ἐφαίνετο αὐτῷ, διακόνου φορῶν στολήν, καὶ ἐπιδιδοὺς ποτήριον αἵματος ἔλεγε "πίε ὦ ἀδελφέ." ὅθεν ἐκκακήσας ὁ ἄθυμος ταῦτα ὁρᾶν ἐσκέψατο κατελθεῖν ἐν Σικελίᾳ. καταλιπὼν οὖν ἐν τῇ πόλει τήν τε γυναῖκα καὶ τοὺς τρεῖς υἱούς, καὶ εἰσελθὼν εἰς ἕνα τῶν δρομώνων καὶ ἀναχωρῶν, στραφεὶς ἐνέπτυσε τῇ βασιλευούσῃ πόλει, καὶ οὕτως ἀπέπλει. ἀλλ' P 436 οὐδὲ ἐν Σικελίᾳ διατρίβοντι ἀπέπτη ὁ ὄνειρος ἀπ' αὐτοῦ. καταλαβὼν δὲ Συράκουσαν πόλιν τῆς Σικελίας διέτριβεν ἐν αὐτῇ, βουλόμενος ἐν Ῥώμῃ τὴν βασιλείαν μεταστῆσαι διὰ τὸ μισηθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν Βυζαντίων ὡς μονοθελήτην καὶ κακόδοξον. πέμπει

18 ἐκ' P

et manum abscidit; ac sanctum Martinum Romae episcopum relegavit. causa indignationis in utrumque fuit improbata Monotheletarum, cui ipse favebat, sententia.

Anno 17 Mabias Arabum princeps suorum seditione compulsus, de pace ineunda ad Constantem misit, eius pacis nomine in singulos dies ab Arabibus mille nummos depensum iri promittens, et equum et servum. verum id Constans non admisit.

Anno 18 Constans germanum suum fratrem Theodosium interfecit, cum quidem ante offensus ab eo opera Pauli patriarchae tonsum diaconi munere affecisset, ab eoque ipse sancto poculo sacrosanctis mysteriis impertitus fuisset. is ergo Theodosius a morte sua Constanti crebro per quietem visus est, habitu diaconi, poculum sanguine plenum porrigens atque dicens "bibe frater." eius visi acerbitate victus infelix imperator statuit in Siciliam abire. itaque in urbe relinquens uxorem et tres filios celocem conscendit; cumque solvisset, conversus retro urbem imperii sedem conspuit. sed ne in Sicilia quidem insomnium illud vexare Constantem desiit. Syracusas sibi delegit, ubi vitam ageret. statuit imperium Romam transferre, cum invisus Byzantiis esset ob Monotheletarum haeresin aliasque pravas de religione sententias. misit ergo

οὖν ἀγαγεῖν τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ· οἱ δὲ Βυζάντιοι οὐκ ἀπέλυσαν αὐτούς.

Τῷ κϛʹ ἔτει ἀπέλυσε Μαβίας τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἐζὴδ μετὰ βαρβάρων πολλῶν κατὰ Ῥωμαίων· καὶ ἐλθόντες εἰς Χαλκηδόνα ᾐχμαλώτευσαν πολλούς. παρέλαβον δὲ καὶ τὸ Ἀμώριον τῆς Φρυγίας, καὶ ἀφέντες εἰς φυλακὴν αὐτοῦ χιλιάδας πέντε ἄνδρας ἐνό- B πλους ἀνέκαμψαν εἰς Συρίαν. χειμῶνος δὲ γενομένου πέμπει ὁ βασιλεὺς τὸν κουβικουλάριον Ἀνδρέαν. καὶ πολλῆς οὔσης χιόνος ἐν νυκτὶ καταλαμβάνει, καὶ διὰ ξύλων ἀνέρχεται ἐπὶ τὸ τεῖχος, καὶ εἰσέρχεται εἰς τὸ Ἀμώριον, καὶ κτείνει τὰς πέντε χιλιάδας τῶν Ἀράβων ὡς μὴ ὑπολειφθῆναι ἕνα ἐξ αὐτῶν.

Τῷ κζʹ ἔτει ἐδολοφονήθη ὁ βασιλεὺς Κώνστας ἐν Συρακούσῃ τῆς Σικελίας, ἐν τῷ βαλανείῳ ὃ λέγεται Δάφνη. συνεισῆλθε γάρ τις αὐτῷ Ἀνδρέας, καὶ ὡς ἤρξατο σμήχεσθαι ὁ βασιλεύς, δέδωκεν αὐτὸν μετὰ τοῦ κάδδου κατὰ τῆς κορυφῆς καὶ ἀπέκτεινε. τὸν δὲ θάνατον αὐτοῦ αὐθημερὸν ἤκουσαν ἐν τῇ πόλει, C φωνῆς ἐκ τοῦ ἀέρος ἐνεχθείσης. καὶ προβάλλονται οἱ Συρακούσιοι Μιζίζιον Ἀρμένιον βασιλέα, βιασάμενοι αὐτόν, ὄντα λίαν εὐπρεπῆ καὶ ὡραιότατον. ἀκούσας δὲ Κωνσταντῖνος τὴν τοῦ πατρὸς ἀποβίωσιν μετὰ πλείστης ναυστολίας καταλαμβάνει τὴν Σικελίαν, καὶ Μιζίζιον ἀναιρεῖ σὺν τῷ φονεῖ τοῦ ἰδίου πατρός. καὶ καταστήσας τὰ ἑσπέρια ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ἔρχεται, ἀποκομίσας καὶ τὸν νεκρὸν τοῦ ἰδίου πατρός. καὶ τοῦτον μὲν ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων μετὰ Κωνσταντίνου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ

qui uxorem et liberos adducerent: sed hanc cum liberis Byzantii detinuerunt.

Anno 26 Mabias filium suum Izedum cum magnis barbarorum copiis adversus Romanos misit. hi cum venissent Chalcedonem, multos captivos abduxerunt. potiti etiam sunt Amorio Phrygiae urbe; ibique pro praesidio relictis 600 armatis viris in Syriam redierunt. hieme facta imperator Andream cubicularium mittit, cum nix plurima iaceret. is noctu per ligna in murum evadit Amorii, urbemque occupans occidione praesidium interficit, ne uno quidem de 600 istis superstite.

Anno 27 imperator Constans Syracusis in balneo, cui Daphne nomen, interficitur dolo. quidam enim Andreas balneum una ingressus imperatorem, dum is se tergere incipit, cado graviter capiti inflicto necat. de morte Constantis, ea ipsa qua exstinctus est die, in urbe cognitum est voce ex aëre delata. Syracusani Mizizium Armenium imperatorem creant, invitum quidem et per vim. fuit is homo longe praestantissimus forma. Constantinus morte patris sui cognita cum maxima classe Siciliam occupat, Mizizium et patris una percussorem interficit, rebusque Occidentis constitutis Byzantium redit, allato secum patris cadavere; atque hoc in fano apostolorum iuxta patrem eius condidit.

κατατίθησιν, αὐτὸς δὲ βασιλεύει Ῥωμαίων μετὰ Τιβερίου καὶ Ἡρακλείου τῶν ἰδίων ἀδελφῶν. ἀπέτεμε δὲ καὶ Ἰουστινιανὸν τὸν
D πατρίκιον, τὸν πατέρα τοῦ ἁγίου Γερμανοῦ τοῦ πατριάρχου. τὸν δὲ Γερμανὸν τραχύτερον ὄντα εὐνούχισε· τὸν δὲ τῆς πατριαρχείας θρόνον Γεώργιος εἶχε.

Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς Κώνσταντος ὁ Πωγωνάτος, ὀρθόδοξος, ἐβασίλευσεν ἔτη ιζʹ. τούτου τῷ αʹ ἔτει ἐπεστράτευσαν Σαρακηνοὶ τὴν Ἀφρικήν, καὶ ᾐχμαλώτευσαν χιλιάδας πʹ. οἱ δὲ τοῦ θέματος τῶν ἀνατολικῶν ἦλθον ἐν Χρυσοπόλει λέγοντες ὅτι εἰς τριάδα πιστεύομεν, τοὺς τρεῖς στέψωμεν. ἐταράχθη δὲ Κωνσταντῖνος· μόνος γὰρ αὐτὸς ἦν ἐστεμμένος, οἱ δὲ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Τιβέριος καὶ Ἡράκλειος οὐδεμίαν εἶχον ἀξίαν. καὶ ἀποστείλας
P 437 ἐκράτησε τοὺς πρώτους αὐτῶν, καὶ ἐφούλκισεν ἐν Συκαῖς· οἱ δὲ λοιποὶ ἔφυγον. ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς ἀδελφοὺς ἐρρινοκόπησε.

Τῷ βʹ ἔτει χειμὼν ἐγένετο μέγας ὡς ἀποθανεῖν πολλοὺς ἀνθρώπους καὶ θηρία.

Τῷ δʹ ἔτει ἐφάνη ἶρις ἐν τῷ οὐρανῷ τοιαύτη ὡς λέγειν πάντας ὅτι συντέλειά ἐστιν. οἱ δὲ Σαρακηνοὶ μέγαν στόλον ἐξαρτήσαντες, καὶ παραπλεύσαντες εἰς Κιλικίαν, παρεχείμασαν εἰς Σμύρνην.

Τῷ δὲ εʹ ἔτει τῶν θεομάχων στόλος ἐλθὼν προσώρμησεν ἐν τοῖς Θρᾳκῴοις μέρεσιν ἀπό τε τοῦ Ἑβδόμου μέχρι τοῦ Κυκλοβίου,

ipse Romanum imperium tenet, collegis Tiberio et Heraclio fratribus. Iustinianum patricium sancti Germani patriarchae patrem capite truncavit hic, et Germanum ferocius se gerentem eviravit, cui Georgius in patriarchae dignationem successit.

Constantinus Constantis filius cognomento Pogonatus, quod a barba est ductum, verae religionis professor, imperavit annos 17. anno imperii eius primo Sarraceni bello Africae illato 80 hominum milia captivos abduxerunt. qui vero orientalium populorum principes erant, ii Chrysopolin venientes dicebant, quia in trinitatem crederent, ideo se duobus fratribus Pogonato adiunctis tres velle habere imperatores. ea res Constantinum perturbavit, cum solus ipse coronatus fuisset, neque fratrum eius Tiberii et Heraclii ulla esset dignitas. missis igitur ministris primores eorum comprehendit, ac in Sycis (Ficus dixeris, suburbium est Byzantii) supplicio affecit: ea res reliquos terruit, iique fugam fecerunt. fratribus porro nasos praecidit.

Anno secundo hiemis vehementia multos homines et bruta animalia interemit.

Anno 4 iris in caelo talis apparuit ut vulgo diceretur finis mundi instare. Sarraceni autem magna instructa classe in Ciliciam delati Smyrnae hiemaverunt.

Anno 5 illa dei adversariorum classis ad fines Thraciae appulit, occupato quod ab Hebdomo est usque ad Cyclobium spatio. singulis

καὶ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν πόλεμος ἐκροτεῖτο ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας, B
ἀπὸ τοῦ βραχιολίου τῆς χρυσῆς πόρτης ἕως τοῦ Κυκλοβίου, ἀπὸ μηνὸς Ἀπριλλίου εἰς Σεπτέμβριον. καὶ ὑποστρέψαντες ἐν Κυζίκῳ ταύτην παραλαμβάνουσι, καὶ χειμάζουσιν ἐκεῖ. καὶ κατὰ ἔαρ ὁμοίως ἐπολέμουν μετὰ τῶν Χριστιανῶν ἐπὶ ἑπτὰ ἔτη. τῇ βοηθείᾳ δὲ τοῦ θεοῦ καὶ τῆς θεοτόκου πλῆθος πολὺ ἀποβαλόντες μετ' αἰσχύνης μεγάλης ὑπέστρεψαν. ἐκπορίζων δὲ ὁ τοιοῦτος στόλος ἐπὶ τὰ μέρη τοῦ Συλαίου, ὑπὸ χειμερίου ζάλης καὶ καταιγίδος συντριβεὶς ὁλοκλήρως ὤλετο. Σουφίαν δὲ ὁ υἱὸς τοῦ Ἄφ συνέβαλε πόλεμον μετὰ Φλώρου καὶ Πετρωνᾶ καὶ Κυπριανοῦ ἐχόντων C
δύναμιν Ῥωμαϊκήν, καὶ κτείνονται Ἄραβες χιλιάδες λ'. τότε Καλλίνικος ἀρχιτέκτων ἀπὸ Ἡλίου πόλεως τῆς Αἰγύπτου προσφυγὼν τοῖς Ῥωμαίοις, πῦρ θαλάσσιον κατασκευάσας τὰ τῶν Ἀράβων σκάφη κατέπρησεν ἐν Κυζίκῳ, σύμψυχα καταποντίσας αὐτά. αὐτὸς οὖν ἐστὶν ὁ τὸ θαλάσσιον πῦρ ἐφευρών. ἐκ τούτου κατάγεται ἡ γενεὰ τοῦ Λαμπροῦ τοῦ νυνὶ τὸ πῦρ ἐντέχνως κατασκευάζοντος. ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις ἦν καὶ ὁ φρονιμώτατος ἄνθρωπος Ἰωάννης ὁ Πιτζικαύδης.

Τῷ η' καὶ θ' ἔτει εἰσῆλθον οἱ Μαρδαῗται εἰς τὸν Λίβανον, καὶ ἐκράτησαν ἀπὸ τοῦ Μαύρου ὄρους ἕως τῆς ἁγίας πόλεως, D
καὶ ἐχειρώσαντο τὰς τοῦ Λιβάνου περιωπάς. καὶ πολλοὶ δοῦλοι καὶ αἰχμάλωτοι καὶ αὐτόχθονες πρὸς αὐτοὺς ἐχώρησαν, ὥστε δι' ὀλίγου χρόνου εἰς πολλὰς χιλιάδας γενέσθαι. ταῦτα μαθὼν ὁ

1 ἐκρατεῖτο P

diebus pugnatum est a diluculo usque ad vesperam, ab Aureae portae brachiolio usque ad Cyclobium, ab Aprili usque ad Septembrem mensem. inde barbari revertentes Cyzicum occupaverunt, atque ibi hiemarunt; et vere rursum Christianis bellum fecerunt. hoc modo septem annos se gessere. tandem dei et deiparae auxilio nostros iuvante, magna suorum multitudine amissa, ingenti cum dedecore domum discesserunt. et classis ista cum ad Sylaeum traiiceret, hiberno aestu et procellis afflicta tota periit. porro autem Suphianus Aphi filius cum Floro Petrona et Cypriano (hi Romanas copias ducebant) pugnam commisit, in qua triginta Arabum milia occubuerunt. eo tempore Callinicus architectus ab Heliopoli Aegypti urbe cum ad Romanos transfugisset, ignem maritimum paravit, eoque accensas barbarorum apud Cyzicum naves una cum hominibus demersit. ab hoc genus ducit Lamprus, is qui hodieque ignem artificiose struit. tunc etiam vixit prudentissimus homo, Ioannes Pitzicauda.

Annis octavo et nono Mardaitae Libanum ingressi occupaverunt quidquid a Mauro monte est usque ad sacram urbem, et speculas etiam Libani obtinuere. multi ad eos se contulerunt servi, captivi atque indigenae, adeo ut exiguo tempore ad multa excreverint milia. haec

Μαβίας καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐφοβήθησαν, καὶ συλλογισάμενοι ὡς τὸ τῶν Ῥωμαίων βασίλειον ὑπὸ θεοῦ φρουρεῖται, πέμπουσι πρέσβεις πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Κωνσταντῖνον ὑπὲρ εἰρήνης. ὁ δὲ ἀποστέλλει τὸν Πιτζικαύδην, καὶ ποιεῖ ἐγγράφως εἰρήνην μετὰ τῶν Σαρακηνῶν, ἐτησίως παρέχειν αὐτοὺς πρὸς τοὺς Ῥωμαίους χρυσίου χιλιάδας ι' καὶ ἄνδρας αἰχμαλώτους ρ' καὶ ἵππους εὐγενεῖς ν' ἐπὶ χρόνοις λ'. ταῦτα μαθόντες οἱ τὰ ἑσπέρια οἰκοῦντες δῶρα P 438 στείλαντες τῷ βασιλεῖ εἰρήνην ᾔτησαν· οἷς εἴξας ὁ βασιλεὺς ἐκύρωσε ταύτην, καὶ γέγονε ἀμεριμνία μεγάλη ἔν τε τῇ ἀνατολῇ καὶ τῇ δύσει.

Τῷ ι' ἔτει οἱ Βούλγαροι ἐπῆλθον τῇ Θράκῃ, καὶ τοῦ βασιλέως κατ' αὐτῶν στρατεύσαντος ἡττῶνται Ῥωμαῖοι καὶ πολλοὶ πίπτουσι. βουλόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ἔχειν εἰρήνην μετὰ πάντων στοιχεῖ πάκτα, καὶ ὑποχωρεῖ εἰς αἰσχύνην τὰ τῶν Χριστιανῶν τῇ τούτου ἀβελτηρίᾳ.

Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ϛ' σύνοδος γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει, συνελθόντων σπθ' ἁγίων πατέρων, ἐν τῷ ιγ' ἔτει τῆς B βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ πατρὸς Ἰουστινιανοῦ· ἧς ἡγοῦντο τοποτηρηταὶ Ἀγάθωνος πάπα Ῥώμης Θεόδωρος καὶ Γεώργιος πρεσβύτεροι καὶ Ἰωάννης διάκονος, ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως Γεώργιος, Θεοφάνης Ἀντιοχείας, ὑπ' αὐτῆς χειροτονηθεὶς τῆς συνόδου διὰ τὸ τὸν προηγησάμενον Μακάριον καθαιρεθῆναι τότε ὡς ἀντενεχθέντα τοῖς ὑπ' αὐτῆς ὀρθοδόξως δογμα-

23 αὐτοῦ P

Maviam et qui cum eo erant terruerunt, ita quidem ut cogitantes Romanum imperium divino praesidio defendi legatos ad Constantinum pacis petendae causa miserint. is Pitzicaudam ad Saracenos mittit, perque eum pacem cum eis componit ac tabulis consignat, ea conditione ut per annos triginta quotannis Sarraceni Romanis penderent auri milia 10, servos 100, equos generosos 50. haec ubi perceperunt ii qui Occasum incolebant, missis ad imperatorem donis pacem petiverunt. quam is eorum concedens petitioni sanxit. ita et in Oriente et in Occidente magna fuit quies.

Anno decimo Bulgari Thraciam invaserunt. cumque adversum eos imperator duxisset, Romani victi sunt, multique desiderati. cum iis imperator pactum icit, omnia cupiens habere pacata; eiusque stoliditate res Christiana dedecus accepit.

Anno Constantini huius, qui filium habuit Iustinianum, supra decimum tertio sexta sancta et universalis synodus Cpoli fuit, collectis eo 289 sanctis patribus. principes fuerunt Agathonis papae Romani locum tenentes, Theodorus ac Georgius presbyteri et Ioannes diaconus, tum Georgius Cpolitanus et Theophanes Antiocheae archiepiscopi, hic ipsius tum concilii suffragiis delectus, moto dignitate Macario, quod eius se sanae religioni congruentibus decretis opponeret. gubernabat tum Ale-

τιζομένοις. τῆς δὲ διοικήσεως Ἀλεξανδρείας Πέτρος μοναχός, τῆς δὲ τῶν Ἱεροσολύμων οὐδεὶς διὰ τὸ τοὺς θρόνους χηρεύειν πατριαρχῶν κατασχεθέντας τηνικαῦτα ὑπὸ Σαρακηνῶν. συνηθροίσθησαν δὲ κατὰ Θεοδώρου τοῦ τῆς Φαρὰν ἐπισκόπου, Ὁνωρίου Ῥώμης, Κύρου Ἀλεξανδρείας, Σεργίου δὲ καὶ Πύρρου καὶ C Παύλου καὶ Πέτρου ἐπισκόπων Κωνσταντινουπόλεως γεγονότων, ἔτι δὲ καὶ κατὰ τῶν ἀνακαινισάντων τὴν αἵρεσιν τούτων, Μακαρίου τοῦ ὀνομασθέντος Ἀντιοχείας προέδρου, Στεφάνου μαθητοῦ αὐτοῦ καὶ Πολυχρονίου τοῦ νηπιόφρονος γέροντος, λεγόντων ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. οὓς ἀναθεματίσασα ἐξεφώνησε δύο θελήματα φυσικὰ ἤγουν θελήσεις καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας ἐπὶ τοῦ ἑνὸς δείκνυσθαι Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν. ὡσαύτως καὶ περὶ τῶν ἱερῶν τῆς Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν οἰκονομίας συμβόλων ἐξέθετο οὕτως. "ἔν τισι τῶν σεπτῶν εἰκόνων γραφαῖς ἀμνὸς δακτύλῳ τοῦ προδρόμου δεικνύ- D μενος ἐγχαράττεται· ὃς καὶ εἰς τύπον παρελήφθη τῆς χάριτος, τὸν ἀληθινὸν ἡμῖν διὰ νόμου προϋπεμφαίνων ἀμνὸν Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν. τοὺς οὖν παλαιοὺς τύπους καὶ σκηνὰς ὡς τῆς ἀληθείας σύμβολά τε καὶ προχαράγματα τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδομένους κατασπαζόμενοι τὴν χάριν προτιμῶμεν καὶ τὴν ἀλήθειαν, ὡς πλήρωμα νόμου ταύτην ὑποδεξάμενοι. ὡς ἂν οὖν τὸ τέλειον κἂν ταῖς χρωματουργίαις ἐν ταῖς ἁπάντων ὄψεσιν ὑπογράφηται, τὸν τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου ἀμνοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον χαρακτῆρα καὶ ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀπὸ τοῦ

xandrinam ecclesiam Petrus monachus, Hierosolymorum nemo, soliis patriarcharum sessore tum vacantibus, quod erant a Sarracenis occupata. coactum fuit hoc concilium contra Theodorum Pharanis, Honorium Romae, Cyrum Alexandreae episcopos, et Sergium Pyrrhum Paulum ac Petrum, qui Cpolitanae ecclesiae fuerant episcopi, itemque adversus eos qui horum haeresin renovabant, quorum fuit Macarius nomine Antiocheae praeses, Stephanus eius discipulus, et Polychronius puerili fatuitate senex. affirmabant hi unicam Iesu Christi esse cum voluntatem tum agendi vim. quos synodus damnans, pronuntiavit duas naturales voluntates totidemque naturales agendi facultates in uno domino nostro Iesu Christo demonstrari. similiter de sacris domini nostri in carne administrationis symbolis ita statuit. in quibusdam venerandarum imaginum picturis agnus exprimitur, digito praecursoris monstratus; qui et pro exemplari gratiae acceptus est, praemonstrans per legem nobis verum agnum Christum. itaque vetera simulacra et umbras, uti veritatis tesseras ac propositas multo ante effigies, traditas ecclesiae amplectentes, his tamen praeferimus gratiam atque veritatem, quam ut legis impletionem accepimus. proinde ut perfectum sit id quod etiam in colorum picturis omnium conspectui exponitur, statuimus ut porro loco veteris agni humana Christi, qui agnus mundi peccata sustulit, effigies in

P 429 νῦν ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ ἀμνοῦ ἀναστηλοῦσθαι ὁρίζομεν, δι' αὐτοῦ τὸ τῆς ταπεινώσεως ὕψος τοῦ θεοῦ λόγου κατανοοῦντες, καὶ πρὸς μνήμην τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας τοῦ τε πάθους αὐτοῦ καὶ τοῦ σωτηρίου θανάτου χειραγωγούμενοι καὶ τῆς ἐντεῦθεν γινομένης τῷ κόσμῳ ἀπολυτρώσεως."

Ἰστέον δὲ ὡς καὶ ἕτεραι γεγόνασι τόποι καὶ σύνοδοι, καὶ κανόνας τούτων κατέχομεν, εἰ καὶ μὴ κυρίως καὶ τῷ ἀριθμῷ τῶν ἓξ ἀριθμοῦνται συνόδων, ἡ ἐν Ἀγκύρᾳ, ἡ ἐν Νεοκαισαρείᾳ, ἡ ἐν Γάγγραις, ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἡ ἐν Λαοδικείᾳ, ἡ ἐν Σαρδικῇ, ἡ ἐν Καρταγένῃ. αἱ μὲν γὰρ τοπικῶν ζητήσεων ἕνεκα συνέστησαν, μήτε βασιλέων συνεδρευσάντων αὐταῖς μήτε προσταξάντων, B τινῶν δὲ αὐτῶν καὶ πρὸ τῆς καταστάσεως τῶν Χριστιανῶν βασιλέων γεγενημένων. αἱ δὲ οἰκουμενικαὶ γεγόνασιν. ἐκλήθησαν δὲ οἰκουμενικαί, διότι ἐκ κελεύσεων βασιλικῶν οἱ κατὰ πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν ἀρχιερεῖς μετεκλήθησαν, καὶ ὅτι ἐν ἑκάστῃ, καὶ μάλιστα τῶν ἓξ τούτων συνόδων, περὶ πίστεως ἡ ζήτησις γέγονε καὶ ψῆφος ἤτοι ὅρος δογματικὸς ἐξενήνεκτο. ἡ μὲν γὰρ πρώτη ὁρίσασα ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν υἱόν, παρηγγύησε καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πιστεύειν· ἡ δὲ δευτέρα ὁμοούσιον τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ὁρίσασα τρανῶς συμπροσκυνεῖσθαι ἐθέσπισεν· ἡ δὲ τρίτη τέλειον ἐν θεότητι καὶ τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι C τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὁρίσασα, ἕνα καὶ οὐ δύο υἱοὺς ἐδογμάτισεν· ἡ δὲ τετάρτη τὰ προλεχθέντα κυρώσασα, δύο

imaginibus ponatur, ex ipsa humilitate altitudinem verbi intelligentes, tum ad rei in carne a domino gestae suppliciique ab eo tolerati et salutaris mortis et liberati per hanc mundi memoriam ut quasi manu ducamur.

Tenendum est etiam alias fuisse certis in locis synodos. quarum decreta habemus, tametsi eae in numero sex istorum conciliorum non exstant. tale fuit quod Ancyrae actum est, item Neocaesareae, Gangris, Antiocheae, Laodiceae, Sardicae, Carthagine. haec enim coacta sunt ob quaestiones certis locis obortas, neque iussu imperatorum, neque iis praesentibus: quin etiam horum quaedam habita sunt priusquam Christiani existerent imperatores. ceterum illae oecumenicae fuerunt, sic dictae, quia iussu imperatorum summi pontifices, quotquot per imperium Romanum erant, convocarentur, et quia in quavis earum, praesertim vero sex istis, de fide fuit quaesitum suffragiisque actum et definitiones seu decreta edita. prima etenim cum definivisset filium patri esse aequalem essentia, simul etiam in sanctum spiritum credi iussit. secunda spiritum eiusdem cum patre et filio naturae esse perspicue decernens, eundem iuxta adorari voluit. tertia dominum nostrum Iesum Christum perfecta cum divina tum humana praeditum natura pronuntians, unum et non duos filios esse statuit. quarta praedictas sententias

φύσεις ἐν αὐτῷ γνωρίζεσθαι ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως τρανῶς διηγόρευσεν· ἡ δὲ πέμπτη ταῦτα βεβαιώσασα, καθ' ἑκατέραν φύσιν θελητικὸν καὶ ἐνεργητικὸν αὐτὸν εἶναί τε καὶ γνωρίζεσθαι σαφῶς ἀπέφηνεν· ἡ δὲ ἕκτη τὰ τῶν ὅλων συνόδων ἐπεξελθοῦσα καὶ βεβαιώσασα, τέλειον καὶ αὐτὴ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν θεότητι καὶ ἐν ἀνθρωπότητι ἐξεφώνησεν. ἀπὸ γοῦν τῆς α' συνόδου ἕως τῆς δευτέρας ἔτη νς', ἀπὸ τῆς β' ἕως τῆς γ' ἔτη ν', ἀπὸ τῆς γ' ἕως τῆς δ' ἔτη λ', ἀπὸ τῆς δ' ἕως τῆς ε' D ἔτη ρβ', ἀπὸ τῆς ε' ἕως τῆς ς' ἔτη ρκθ', καὶ ἀπὸ τῆς ς' ἕως τῆς ζ' ἔτη ρκβ'.

Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις ἀνθρώπῳ τινὶ ὁδεύοντι μόνῳ κύων ἠκολούθει. λῃστὴς δὲ ἐνόδιος τὸν ἄνθρωπον ἀποκτείνας ἀπέδρασε, τοῦ κυνὸς μείναντος ἐν τῷ τόπῳ καὶ φυλάσσοντος τὸ σῶμα τοῦ δεσπότου αὐτοῦ. ἕτερος δέ τις ἄνθρωπος κατὰ συγκυρίαν ἀνὰ τὴν ὁδὸν ἐκείνην διερχόμενος, τὸ σῶμα ἰδὼν νεκρὸν ἐρριμμένον καὶ σπλαγχνισθείς, ὀρύξας ἔθαψεν αὐτὸ ἐν τῇ γῇ. τοῦτο ἰδὼν ὁ κύων καὶ ἀποδεξάμενος ἠκολούθει τῷ θάψαντι, εὐνοϊκὴν δουλείαν ἀποπληρῶν. ἦν δὲ τὸ ἐπιτήδευμα τοῦ ἀνθρώπου κάπηλος, πάντας δὲ τοὺς εἰσιόντας καὶ ἐξιόντας ἔσαινεν ὁ κύων. χρόνου δὲ P 440 παρῳχηκότος συνέβη καὶ τὸν φονέα εἰσελθεῖν τοῦ πιεῖν εἰς τὸ καπηλεῖον, ὃν ἐπιγνοὺς ὁ κύων ὑλάκτει καὶ ἐπεπήδα εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. τοῦτο δὲ πολλάκις γινόμενον εἰς ὑποψίαν πολλοὺς θείῳ κινήματι ἤγαγε, καὶ συσχεθεὶς εἰς κρίσιν παρεδόθη, καὶ τὸ

ratas esse iubens, expresse mandavit in filio duas naturas absque confusione et divulsione credi. quinta eadem haec confirmans, Christum secundum utramque naturam voluntate et efficacitate praeditum agnosci praecepit. sexta omnium conciliorum decreta recensens atque approbans, ipsa quoque Christum perfectum et deum et hominem esse professa est. porro a primo concilio usque ad secundum anni fluxerunt 56, a secundo concilio ad tertium 50, a tertio ad quartum 30, a quarto ad quintum 102, a quinto ad sextum 129, a sexto ad septimum 122.

Ea tempestate, cum quidam solus cane comitante iter faceret, est a latrone, quales itinera solent insidere, interfectus. latrone fuga se subducente, canis eo in loco permansit domini cadaver custodiens. forte alius quidam ea pergens supervenit, cadaverque proiectum cernens, motus misericordia, tellure effossa sepeliit. canis id officium pergratum habuit, seque ultro homini comitem ac servum adiunxit. erat autem is homo condicione caupo, et solebat canis iis qui cauponam intrarent exirentque adulari. post aliquantum temporis is etiam latro, cuius meminimus, in eam cauponam bibendi causa intravit. quem canis agnoscens allatravit, inque eius faciem insiluit. hoc saepius factum dei instinctu apud multos suspicionem excitavit; comprehensusque latro et

πραχθὲν ὁμολογήσας μετὰ πάσης ἀληθείας ἀνῃρέθη, τῆς θείας δίκης ἀμυναμένης αὐτόν.

Τῷ ια΄ ἔτει τὸ τῶν Βουλγάρων ἔθνος διαπεράσαν τὸν Δάνουβιν, καὶ ἀποχωρισθὲν τῶν ὁμοφύλων αὐτοῦ, ἐσκήνωσεν ἐν Βάρναις ἔν τισι ὀχμαῖς καὶ ὄρεσι. τοῦ δὲ βασιλέως ἐξελθόντος σὺν ναυσὶ καὶ στρατῷ, καὶ δὴ καὶ ἐπελθόντος κατ' αὐτῶν, οἱ Βούλγαροι τοῦτο ἀθρόως θεασάμενοι, τὴν ἑαυτῶν ἀπεγνωκότες
B σωτηρίαν, εἴς τι ὀχύρωμα καταφεύγουσι καὶ ἑαυτοὺς ἀσφαλίζονται. τῶν δὲ Ῥωμαίων μὴ δυναμένων συνάψαι πόλεμον διά τε τὰ πάλματα καὶ τὴν τοῦ τόπου δυσχωρίαν ἐθρασύνθη τὸ μιαρὸν ἔθνος. συνέβη δὲ .... καὶ τὸν βασιλέα φεύγειν διαφημίσαντες φυγῇ ἐχρήσαντο μηδενὸς διώκοντος. ὅπερ θεασάμενοι οἱ Βούλγαροι ἐδίωξαν ὄπισθεν αὐτῶν καὶ πολλοὺς ἀνεῖλον. καὶ ἔκτοτε διαπεράσαντες πάντες καὶ θρασυνθέντες καὶ ἐμπλατυνθέντες τὴν Ῥωμαϊκὴν χώραν ᾐχμαλώτιζον. ὅθεν καὶ ἀναγκασθεὶς ὁ βασιλεὺς εἰρήνευσε μετ' αὐτῶν, ὡς λέλεκται. ἠρεμήσας δὲ ἐκ πάντων ἥνωσε τὰς ἐκκλησίας, καὶ τὴν προλεχθεῖσαν ἁγίαν
C ἕκτην σύνοδον συναθροίσας ἐν Κωνσταντινουπόλει τὴν τῶν Μονοθελητῶν αἵρεσιν ἀνεθεμάτισε.

Τῷ δὲ ιγ΄ ἔτει ἀπώσατο τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ τῆς βασιλείας, καὶ μόνος ἐβασίλευσε σὺν Ἰουστινιανῷ τῷ υἱῷ αὐτοῦ.

Τῷ ιζ΄ ἔτει ἐτελεύτησεν ὁ εὐσεβὴς Κωνσταντῖνος, κρατήσας ἔτη ιζ΄, καὶ ἐβασίλευσεν Ἰουστινιανὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ.

10 τέλματα?

coram iudice constitutus, cum facinus uti erat abs eo perpetratum confiteretur, divinae vindictae poenas dedit.

Anno 11 Bulgari Danubio traiecto a suis popularibus separati, in Barnis habitaverunt, in saltibus quibusdam et montibus. contra hos imperator classem exercitumque duxit. sed Bulgari primo Romanorum impetu sua salute desperata in munitionem quandam recesserunt, ibique se in tuto collocarunt; cumque eos adoriri Romani ob iniquitatem locorum non possent, ferociores facti sunt. accidit autem .... et sparso rumore imperatorem fugisse, nemine urgente fugam fecerunt. hoc animadvertentes Bulgari a tergo eos insecuti sunt, multosque occiderunt. inde aucta fiducia universi in Romanas provincias effusi magnas praedas egerunt. itaque imperator coactus est cum iis pacem, uti diximus, componere. pacatis rebus omnibus ecclesiarum concordiam constituit, dictumque sacrum sextum concilium Cpolin cogens Monotheletarum haeresin damnavit.

Anno 13 fratres suos imperio detrusit, solusque cum filio suo Iustiniano imperavit.

Anno 17 mortuus est Constantinus Pius, cum 17 annos imperasset. successit ei filius Iustinianus.

Ἰουστινιανὸς ὁ υἱὸς τοῦ Πωγωνάτου, ὁ ῥινότμητος, ἐβασίλευσεν ἔτη ι'. οὗτος ἦν ἄνθρωπος ἀκάθεκτος τὴν ὁρμὴν καὶ ἀσυλλόγιστος ἐν παντὶ πράγματι.

Τούτῳ τῷ ἔτει ἀποστέλλει Ἀβιμέλεχ πρὸς αὐτὸν βεβαιῶσαι D
τὴν εἰρήνην· καὶ ἐστοιχήθη ἵνα παύσῃ ὁ βασιλεὺς τὸ τῶν Μαρδαϊτῶν τάγμα ἐκ τοῦ Λιβάνου καὶ κωλύσῃ τὰς ἐπιδρομὰς αὐτοῦ, καὶ παρέχῃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν νομίσματα χίλια καὶ ἵππον καὶ δοῦλον. καὶ ἔπεμψεν ὁ βασιλεὺς τὸν μαγιστριανὸν Παῦλον πρὸς Ἀβιμέλεχ ἀσφαλίσασθαι τὰ στοιχηθέντα, καὶ γεγόνασιν ἔγγραφα ἐμμάρτυρα. πέμψας οὖν ὁ βασιλεὺς ἀνελάβετο τοὺς Μαρδαΐτας χιλιάδας ιβ', τὴν Ῥωμαϊκὴν δυναστείαν ἀκρωτηριάσας· πᾶσαι γὰρ αἱ νῦν οἰκούμεναι παρὰ τῶν Ἀράβων, ἀπὸ Μόψου ἑστίας ἕως τετάρτης Ἀρμενίας, ἀνίσχυροι καὶ ἀνοίκητοι ἐτύγχανον διὰ τὴν ἔφοδον τῶν Μαρδαϊτῶν, ὧν παρασταλέντων πάνδεινα κακὰ πέ- P 441
πονθεν ἡ Ῥωμαίων ὑπὸ τῶν Ἀράβων μέχρι τοῦ νῦν. νεώτερος γὰρ ὢν Ἰουστινιανός, ὡς ἐτῶν ις', ἀβούλως τὰ κατ' αὐτὸν διῴκει.

Τῷ β' ἔτει ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς εἰς Ἀρμενίαν ἐδέξατο τοὺς ἐν τῷ Λιβάνῳ Μαρδαΐτας, χάλκειον τεῖχος διαλύσας. παρέλυσε δὲ καὶ τὴν μετὰ τῶν Βουλγάρων εἰρήνην, διαταράξας τοὺς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τύπους, καὶ διαβιβάζει ἐπὶ τὴν Θρᾴκην τὰ καβαλλαρικὰ θέματα.

Τῷ γ' ἔτει ἐπεστράτευσεν Ἰουστινιανὸς κατὰ Σθλαβίνων καὶ

Iustinianus Pogonati filius, is qui a praeciso naso deinde Rinotmetus fuit cognominatus, imperavit annos decem. homo fuit impotens animi, nulliusque ulla in re consilii.

Primo eius anno Abimelechus ad eum nuntios mittit confirmandae pacis causa; conveniteque ut imperator Mardaitarum agmen Mardaitarum in Libano eiusque impressiones compesceret, eoque nomine Arabes Romanis penderent in singulos dies nummos 1000, equum et servum. imperator Paulum Magistrianum ad Abimelechum mittit pacti confirmandi gratia; idque scripto et testibus est comprehensum. proinde imperator misso legato duodecim milia Mardaitarum revocat. quo quidem facto Romanam potentiam accidit. quidquid enim hodie Arabes tenent a Mopsuestia usque ad quartam Armeniam, id omne infirmum erat cultoribusque vacuum ob incursiones Mardaitarum. quibus repressis ingentia damna Arabes Romano imperio in hunc usque diem intulerunt. enimvero Iustinianus annos non totos sexdecim natus inconsulte rem gerebat.

Anno 2 profectus in Armeniam recepit Mardaitas in Libano degentes, aheneum murum destruens. pacem quoque cum Bulgaris factam confudit, formam a patre conscriptam perturbans. et equestres exercitus in Thraciam traduxit.

Anno 3 Iustinianus expeditionem in Slavinos et Bulgaros suscepit.

Βουλγάρων. καὶ τοὺς μὲν Βουλγάρους προσηπαντηκότας ὤθησε,
B μέχρι δὲ Θεσσαλονίκης ἐκδραμὼν πολλὰ πλήθη τῶν Σθλαβίνων τὰ μὲν προσρυέντα τὰ δὲ πολέμῳ παρέλαβε καὶ εἰς τὰ τοῦ Ὀψικίου κατῴκισε μέρη. ἐν δὲ τῷ ὑποστρέψαι αὐτὸν ὡδοστατήθη ὑπὸ τῶν Βουλγάρων ἐν τῷ στενῷ τῆς κλεισούρας, καὶ μόλις ἠδυνήθη παρελθεῖν, πολλοὺς τῶν οἰκείων ἀποβαλών.

Τῷ εʹ ἔτει ἀπηλλάγη παντὸς πολέμου ἡ τῶν Ἀράβων ἀρχή, πάντας ὑποτάξαντος τοῦ Ἀβιμέλεχ.

Τῷ ϛʹ ἔτει τὴν πρὸς Ἀβιμέλεχ εἰρήνην Ἰουστινιανὸς ἐξ ἀνοίας ἔλυσε· καὶ γὰρ τὴν Κυπρίνων νῆσον ἀλόγως μετοικίσαι ἐσπούδασε, καὶ τὸ σταλὲν χάραγμα παρὰ Ἀβιμέλεχ νεοφανὲς ὂν οὐ προσεδέξατο.

Τῷ ζʹ ἔτει Ἰουστινιανὸς ἐπελέξατο ἐκ τῶν μετοικισθέντων
C ὑπ' αὐτοῦ Σθλαβίνων καὶ ἐστράτευσε χιλιάδας λʹ, οὓς ἐπωνόμασε λαὸν περιούσιον. τούτοις θαρρήσας λύει τὴν Ἀράβων συμφωνίαν· παραλαβὼν γὰρ τὸν περιούσιον λαὸν καὶ τὰ καβαλλαρικὰ θέματα ἐπορεύθη ἐν Σεβαστοπόλει τῇ παρὰ θάλασσαν. τῶν δὲ Ἀράβων μὴ βουλομένων λύειν τὴν εἰρήνην, ἀλλὰ τῇ βασιλικῇ αἰτίᾳ καὶ προπετείᾳ τοῦτο πρᾶξαι ἀναγκαζομένων, ὁπλισθέντες καὶ αὐτοὶ παρεγένοντο πάλιν τῷ βασιλεῖ, μαρτυρόμενοι καὶ τὸν θεὸν ἐκδικητὴν τούτων προκαλούμενοι. τοῦ δὲ βασιλέως μηδὲ ἀκοῇ δέξασθαι ταῦτα ἀνασχομένου, ἀλλὰ πρὸς μάχην μᾶλλον κατεπείγοντος, τὸν τῆς εἰρήνης ἔγγραφον χάρτην ἐπὶ φλαμουλίου κρεμάσαντες καὶ προάγοντες κατὰ τῶν Ῥωμαίων ὥρμησαν,

atque hos quidem obviam sibi factos cum pepulisset, excursione ad Thessalonicam usque facta, multas Slavinorum multitudines partim ad se deficientes partim bello superatas subegit, inque Opsicianam regionem deportavit. in reditu autem a Bulgaris intra fauces angustiarum interceptus, multis suorum amissis aegre evasit.

Anno 5 Arabia omni bello liberata est, omnibus ab Abimelecho subiugatis.

Anno 6 Iustinianus stolide foedus cum Abimelecho pactum confudit. nam et in Cyprinam insulam nulla ductus ratione volebat coloniam deducere; et nomisma ab Abimelecho missum, quia inusitate erat signatum, respuit.

Anno 7 ex Slavinis, quos ab eo deportatos fuisse diximus, novum exercitum 30 milium conscripsit, quem nomine populi peculiaris affecit. his fretus Arabicum foedus rupit, et cum his et equestribus copiis iuxta mare Sebastopolin profectus est. Arabes inviti, tamen pacem infringere Iustiniani temeritate et iniuria coacti, armis sumptis denuo ad eum accesserunt, obtestantes deumque ultorem huius facinoris invocantes. cumque imperator audire ista nollet pugnamque acceleraret, tabulis pacis de conto suspensis Romanis se obvios dederunt, duce Moamedo. victi

Μωάμεδ στρατηγὸν ἔχοντες καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἡττήθησαν Ἄρα- D βες, ὁ δὲ Μωάμεδ τῷ στρατηγῷ τῶν Σθλάβων κούκουρον γέμοντα νομισμάτων πέμψας, καὶ πολλαῖς ὑποσχέσεσι τοῦτον ἀπατήσας, πείθει προσφυγεῖν αὐτῷ μετὰ εἴκοσι χιλιάδων Σθλάβων, καὶ οὕτω Ῥωμαίοις τὴν τροπὴν περιεποιήσατο. ὅθεν Ἰουστινιανὸς τὸ τούτων ἐγκατάλειμμα ἀνεῖλε σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἐν τῷ πρὸς Νικομήδειαν Λευκάκτῃ.

Τῷ η' ἔτει Σαββάτιος ὁ Ἀρμένιος μαθὼν τὴν τῶν Ῥωμαίων ἧτταν, τὴν Ἀρμενίαν παρέδωκε τοῖς Ἄραψιν. ὑπετάγη δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ ἔσω Περσὶς ἡ λεγομένη Χοροσάν.

Τῷ θ' ἔτει γέγονεν ἔκλειψις ἡλίου ὡς ἀστέρας φανῆναι. P 442 τῷ αὐτῷ ἔτει ἐπεστράτευσε Μωάμεδ τῇ Ῥωμαίων γῇ, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τοὺς πρόσφυγας Σθλάβους ὡς ἐμπείρους τῆς χώρας, καὶ πολλοὺς ᾐχμαλώτευσεν. Ἰουστινιανὸς δὲ τῶν κτισμάτων ἐπιμελούμενος κτίζει τὸ Ἰουστινιανοῦ λεγόμενον τρικλίνιον καὶ τὰ τοῦ παλατίου περιτειχίσματα. ἐπέστησε δὲ τούτοις Στέφανον τὸν Πέρσην, σακελλάριον ὄντα καὶ πρωτευνοῦχον, κύριον καὶ ἐξουσιαστήν, λίαν ὄντα αἱμοβόρον καὶ ἀπηνῆ, καὶ ἀνηλεῶς ἔτυπτε τοὺς ἐργολάβους καὶ ἐλιθοβόλει. τοῦ δὲ βασιλέως ἀποδημήσαντος καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ Ἀναστασίαν τὴν Αὐγοῦσταν δι' ἀβηνῶν ἐμαστίγωσεν. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀββᾶς Θεόδοτος ὁ ποτε B ἔγκλειστος, γενικὸς λογοθέτης κατασταθείς, πολλοὺς τῶν ἐμφανῶν ἀρχόντων ἀναιτίως ἐτιμωρεῖτο καὶ δημεύσει ὑπέβαλλε καὶ

2 Σλαβίνων lege ubique. margo P

sunt primo praelio. ceterum Moamedus Slavinorum duci pharetram nomismate refertam misit, multisque inducto promissionibus persuasit uti ad se cum Slavinorum viginti milibus transfugeret. quo facto Romani victi pulsique sunt. ob hoc Iustinianus, quidquid Slavinorum reliquum fuit, una cum mulieribus et liberis interfecit in Leucasta Nicomediae.

Anno 8 Sabbatius Armenius cognita Romanorum clade Arabibus Armeniam tradidit. subdita etiam iis est interior Persis, cui nomen Chorosan.

Anno 9 tantus fuit solis defectus ut astra visa fuerint. eodem anno Moamedus Romanorum dicionem bello petiit, comitatus transfugis Slavinis ut regionum peritis, multosque mortales abduxit. Iustinianus vero aedificiis intentus condit triclinium ab ipso denominatum et moenia palatii. operi huic praefecit Stephanum Persam cum plena potestate, sacellarium et eunuchorum principem, hominem nimis quam sanguinarium et crudelem, qui absque ulla misericordia operarios verberabat atque lapidabat. atque adeo imperatore peregre profecto matrem eius Anastasiam Augustam loris flagellavit. itidem et Theodotus monachus, pridem in claustro vitam degens, tum generalis logotheta constitutus, multos procerum nulla ipsorum culpa suppliciis affecit, bona eorum pu-

σχοινίοις κρεμῶν κατὰ κεφαλῆς ἀχύροις ἐκάπνιζεν. ἀλλὰ καὶ ὁ
ἔπαρχος βασιλικῇ κελεύσει πλείστους ἐναποκλείστους ἐποίει. ταῦτα
πάντα ηὔξησε τὸ πρὸς τὸν βασιλέα μῖσος τοῦ λαοῦ. πλησίον δὲ
τοῦ παλατίου βουλόμενος βάθρα τῶν Βενέτων καὶ φιάλην κτίσαι
εἰς τὸ τελεῖσθαι ἐκεῖ τὸ σαξιμοδέξιμον, ἐπεὶ ναὸς ἦν τῆς ὑπεραγίας
θεοτόκου τῶν μητροπολιτῶν, ἀπῄτει Καλλίνικον τὸν πατριάρχην
ποιῆσαι εὐχήν, ἵνα καταλύσῃ τὴν τοιαύτην ἐκκλησίαν. ὁ δὲ πα-
C τριάρχης ἔλεγεν ὅτι εὐχὴν ἐπὶ συστάσει ἐκκλησίας ἔχομεν, ἐπὶ δὲ
καταλύσει οὐ παρελάβομεν. βιασθεὶς δὲ εἶπεν ὁ πατριάρχης μετὰ
Τῷ β' ἔτει κατέλαβε Σουλειμὰν μετὰ στόλου καὶ ἀμηράδων, καὶ διεπέρασεν ἐξ Ἀβύδου ἐν τῇ Θρᾴκῃ. οὗ τελευτήσαντος ἀμηρεύει Οὔμαρος. χειμῶνος δὲ βαρυτάτου γενομένου ἐν τῇ Θρᾴκῃ ὡς ἐπὶ ἡμέρας ἑκατὸν μὴ φανῆναι γῆν ἐκ τῆς κρυσταλλωθείσης χιόνος, πλῆθος ἵππων τε καὶ καμήλων καὶ λοιπῶν ζῴων τῶν ἐχθρῶν τεθνήκασι. τῷ δὲ ἐαρινῷ καιρῷ κατέλαβε Σουφιὰμ μετὰ B τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ κτισθέντος στόλου, καὶ προσώρμισεν εἰς τὸν τοῦ Καλοῦ Ἀγροῦ λιμένα. μετ' οὐ πολὺ καὶ Ἰζὴθ μεθ' ἑτέρου στόλου κτισθέντος ἐν Ἀφρικῇ καὶ αὐτὸς προσώρμισεν εἰς τὸν Σάτυρον καὶ τὸν Βρύαντα καὶ ἕως Κάρτου λιμένος. οἱ μέντοι τῶν δύο τούτων στόλων Αἰγύπτιοι καθ' ἑαυτοὺς βουλευσάμενοι νυκτὸς

supervenit Leo, adolescentulus etiamnum, formosus ac procero corpore, qui se sordida arte alebat, et prandendi gratia fonti ipse quoque assidens iumentum onere levat. huic illi genio vaticinium suggerente praedicunt fore ut Romanorum imperio potiatur, negantique prorsus fidem rei faciunt. interim iuramento eum adigunt, si hunc eventum res eius habuerint, facturum quod ab eo ipsi postulaturi essent. iuravit eis hoc ad fanum beati Theodori, quod erat in proximo. digressis iis Leo a Sisinnio patricio in exercitum adsciscitur, neque multo post a Iustiniano Rhinotmeto spatharius factus, potitus victoria, a Theodosio deinde Orientis dux creatus, imperium quo diximus modo consecutus est.

Anno secundo Solyman cum exercitu et praefectis ab Abydo in Thraciam est profectus. eo mortuo ameras (is summae rei praeest) successit Umarus. cum autem vehementissima esset in Thracia hiems, ita ut prae nive in glaciem durata per centum dies terra videri nequiret, magna hostilium equorum camelorum aliorumque animalium multitudo interiit. verno tempore Suphiamus cum parata in Aegypto classe ad portum appulit, qui boni agri dicitur. paulo post Izethus cum alia classe in Africa collecta Satyrum Bryantem et loca quae sunt usque ad Carti portum occupavit. Aegyptii autem qui in utraque classe erant,

εἰσῆλθον ἐν τῇ πόλει τὸν βασιλέα εὐφημοῦντες, ὥστε ἀπὸ τῆς Ἱερείας μέχρι τῆς πόλεως ὁλόξυλον φαίνεσθαι τὴν θάλασσαν. ἕκαστος δὲ τῶν τοιούτων στόλων στρατὸν εἶχεν ἀναρίθμητον καὶ πλοῖα καὶ ὅπλα ἀριθμῷ μὴ ὑποβαλλόμενα. καὶ ταῦτα πάντα διὰ τῆς βοηθείας τοῦ εὐσπλάγχνου θεοῦ καὶ τῶν πρεσβειῶν τῆς θεοτόκου κατὰ τὸν τόπον τὰ μὲν ἐβυθίσθησαν ὑπὸ ἀνέμων τὰ δὲ ἐνε- C πρήσθησαν, καὶ πάντες μετὰ τῶν πλοίων αὐτῶν ἄρδην ἀπώλοντο. πολεμοῦντες τὴν πόλιν ἐπὶ ἔτη δύο. πάλιν δὲ τοῦ Μερδασᾶ σὺν τῷ στρατῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν Πυλῶν ἕως Νικαίας καὶ Νικομηδείας ἀνατρέχοντος, οἱ ἐν τῷ Λίβα καὶ τῷ Σόφωνι δίκην Μαρδαϊτῶν κρυπτόμενοι Ῥωμαῖοι ἐξαίφνης τούτους ἐπιρρίπτοντες καὶ πολὺν φόνον καθ' ἑκάστην ποιοῦντες ἀπεδίωξαν. ἄλλως τε καὶ λιμοῦ αὐτοὺς καταλαβόντος σφοδροῦ πάντα τὰ θνήσκοντα ζῷα κατήσθιον. φασὶ δὲ ὅτι ἀνθρώπους τεθνεῶτας καὶ τὴν ἑαυτῶν κόπρον σὺν ῥίζαις βοτανῶν τεθρυμμέναις ἕψοντες ἤσθιον. ἐνέσκηψε δὲ αὐτοῖς καὶ λοιμικὴ νόσος, καὶ ἀναρίθμητα πλήθη ἐξ αὐτῶν ὤλεσε. D συνῆψαν δὲ πρὸς αὐτοὺς καὶ οἱ Βούλγαροι πόλεμον, καὶ κατέσφαξαν χιλιάδας εἰκοσιδύο Ἀράβων. καὶ ἄλλα πολλὰ συνέβη αὐτοῖς δεινά, ὡς ἐπιγνῶναι τῇ πείρᾳ τὸν θεὸν καὶ τὴν δέσποιναν θεοτόκον φρουροὺς εἶναι ταύτης τῆς πόλεως· καὶ οὐκ ἔστιν ἐγκατάλειψις τελεία θεοῦ ἐν τοῖς ἐν ἀληθείᾳ ἐπικαλουμένοις αὐτόν, εἰ καὶ πρὸς βραχὺ παιδευόμεθα διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

Τούτῳ τῷ ἔτει Σέργιος πρωτοσπαθάριος καὶ στρατηγὸς

seorsim inito consilio, noctu ad urbem accesserunt, imperatorem faustis clamoribus compellantes, adeo ut mare ab Hierea usque ad urbem totum ligneum videretur. utraque classis exercitum vehebat innumerabilem, navesque et arma quorum summa iniri non posset. atque haec omnia auxilio misericordiae dei et intercessione deiparae eodem loco partim demersa sunt a ventis partim incensa; omnesque cum suis navibus protinus perierunt, cum biennium urbem oppugnassent. rursus Merdasane cum suis copiis a Pylis Nicaeam usque et Nicomediam incursionibus grassante, Romani qui in Liba et Sophone Mardaitarum erant in morem absconditi, subito eos invadentes magnaque quotidie clade afficientes profligarunt. Arabibus praeter haec tanta etiam fames incubuit, ut omnia viventia animalia devorarint. sunt qui hominum quoque cadavera suaque ipsorum stercora cum radicibus herbarum tritis elixa vorasse dicunt. pestis quoque eos corripuit et multitudinem innumeram perdidit. ad haec Bulgari bello moto, Arabum 22 milia interfecerunt. multae porro aliae calamitates iis evenerunt, ut satis ipsa experientia testata sit urbis huius deum et dominam deiparam custodes esse, neque a deo deseri, qui ipsum vere invocant, etsi aliquantulum ob peccata nostra castigamur.

Hoc anno Sergius spathariorum princeps ac Siciliae praefectus.

Σικελίας, ἀκούσας ὅτι οἱ Σαρακηνοὶ παρακαθέζονται τὴν πόλιν, ἔστεψεν ἴδιον βασιλέα ἐκ τῶν ἀνθρώπων αὐτοῦ Βασίλειον πολίτην, τὸν υἱὸν Ὀνομαγούλου, μετονομάσας αὐτὸν Τιβέριον. ἐποίησε δὲ P 452
προβολὰς καὶ ἰδίους ἄρχοντας μετὰ βουλαῖς Σεργίου. ὁ δὲ βασιλεὺς ταῦτα ἀκούσας ἀποστέλλει Παῦλον τὸν οἰκεῖον αὐτοῦ μετὰ δυνάμεως, ὃς καταλαβὼν τὴν Σικελίαν καὶ τὰς βασιλικὰς προστάξεις ὑπαναγνοὺς τῷ λαῷ, εὐθὺς τὸν μὲν Λέοντα βασιλέα εὐφήμησαν, Βασίλειον δὲ τὸν Ὀνομάγουλον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ δεσμίους τῷ Παύλῳ παραδεδώκασιν, οὓς καρατομήσας τὰς κεφαλὰς αὐτῶν τῷ βασιλεῖ ἐξαπέστειλεν. ὁ δὲ Σέργιος λόγους ἀπαθείας λαβὼν ἐξῆλθε πρὸς τὸν Παῦλον, καὶ οὕτως εἰρήνευσαν τὰ ἑσπέρια. τὰ δὲ ἐναπομείναντα πλοῖα τῶν Ἀράβων καὶ Οὐμάρου τῇ ιε' τοῦ Αὐγούστου μηνὸς μετ' αἰσχύνης πολλῆς ἀνακάμψαι βουληθέντα, λαίλαψ ἐκ θεοῦ ἐνσκήψας τὰ μὲν ἐν Προι- B
κοννήσῳ τὰ δὲ ἐν τοῖς ἀποστρόφοις καὶ ταῖς λοιπαῖς ἀκταῖς κατεπόντισε. ταῖς δὲ περιλειφθείσιν ἐν τῷ Αἰγαίῳ πελάγει χάλαζα πυρίνη ἐνσκήψασα ἀναβράσαι τὴν θάλασσαν πεποίηκε. καὶ τῆς πίσσης λυθείσης αὔτανδρα ἀπώλοντο, μόνων πέντε εἰς Συρίαν διασωθέντων, τὴν τοῦ θεοῦ ἡμῶν δυναστείαν ἀπαγγέλλοντα.

Τούτου τῷ α' ἔτει σεισμὸς μέγας ἐγένετο ἐν Συρίᾳ. ἠνάγκασε δὲ Οὔμαρος τοὺς Χριστιανοὺς μαγαρίζειν, καὶ τοὺς μὲν πειθομένους αὐτῷ ἀτελεῖς ἐποίει, τοὺς δὲ μὴ πειθομένους ἀνῄρει· ὅθεν καὶ πολλοὺς μάρτυρας ἀπειργάσατο. ἐθέσπισε δὲ καὶ Χρι-

20 τούτῳ P

audito urbem a Sarracenis obsideri, de suorum clientum numero Basilium quendam civem, Onomaguli filium, mutato eius in Tiberium nomine, imperatorem creat; qui consilia Sergii secutus magistratus et praefectos a se constituit. hoc ubi imperator cognovit, Paulum domesticum suum cum copiis mittit. is cum Siciliam attigisset populoque imperatoris mandata ex scripto recitasset, hoc consecutus est ut statim imperium Leoni faustis acclamationibus confirmaretur, Basilius autem Onomagulus cum suis vincti ipsi dederentur; quorum ille abscidit capita, eaque imperatori misit. Sergius securitate promissa ad Paulum concessit. ita Occidens pacatus. at naves Arabum, quae cum Umaro ad obsidionem urbis remanserant, 15 Augusti die magno cum dedecore domum discedere conatae, immisso divinitus turbine partim ad Proconnesum partim ad Apostrophos et reliqua litora submersae sunt. superstites cum in mare Aegeum pervenissent, ignea grando immissa ebullire mare fecit; ac pice liquata, solis quinque navibus in Syriam perlatis, reliquae omnes cum vectoribus perierunt, potentiam dei nostri testatae.

Anno Leonis primo magnus in Syria fuit terrae motus. Umarus autem Christianos Mahometicam impietatem amplecti iussit, et parentes decreto immunitate tributorum donavit, qui non obedirent, eos trucidavit, multosque ita martyres fecit. lege quoque lata Christianos testi-

C στιανὸν κατὰ Σαρακηνῶν μὴ μαρτυρεῖν. ἔγραψε δὲ καὶ πρὸς τὸν βασιλέα Λέοντα τοῦ μαγαρίσαι καὶ αὐτόν.

Τῷ γ′ ἔτει ἐτέχθη τῷ βασιλεῖ Λέοντι υἱὸς δυσσεβέστατος καὶ τοῦ Ἀντιχρίστου πρόδρομος, Κωνσταντῖνος ὁ Καβαλλῖνος. τῇ δὲ κε′ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἐστέφθη Μαρία ἡ γυνὴ Λέοντος ἐν τῷ τρικλίνῳ τοῦ Αὐγουστέως, καὶ εὐξαμένη πρὸ τῆς εἰσόδου τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου μετῆλθεν εἰς τὸν μέγαν βαπτιστῆρα, καὶ βαπτίσαντος ἐκεῖσε Γερμανοῦ τοῦ πατριάρχου τὸν τῆς κακίας αὐτοῦ καὶ βασιλείας διάδοχον Κωνσταντῖνον, δεινὸν καὶ δυσῶδες
D ἐκ νηπιότητος αὐτοῦ προεσημάνατο τεκμήριον· καὶ γὰρ ἀφώδευσεν ἐν τῇ ἁγίᾳ κολυμβήθρᾳ, ὡς εἰπεῖν τὸν πατριάρχην προφητικῶς ὅτι μέγιστον κακὸν Χριστιανοῖς καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ δι' αὐτοῦ γενήσεται. τοῦτον ἀνεδέξαντο οἱ προύχοντες τῶν θεμάτων καὶ τῆς συγκλήτου. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Νικήτας ὁ Ξυλινίτης γράφει πρὸς Ἀρτέμιον ἐν Θεσσαλονίκῃ ἀπελθεῖν πρὸς Τέρβελιν τοῦ ἀναλαβέσθαι συμμαχίαν Βουλγαρικὴν καὶ ἐλθεῖν κατὰ Λέοντος. τοῦ δὲ ἀπελθόντος, δίδωσιν αὐτῷ στρατὸν ὁ Τέρβελις καὶ πεντήκοντα κεντηνάρια χρυσίου. ἔρχεται γοῦν πρὸς Κωνσταντινούπολιν ὁ Ἀρτέμιος. μὴ δεξαμένης δὲ αὐτὸν τῆς πόλεως, οἱ Βούλγαροι τοῦτον τῷ Λέοντι παραδεδώκασι καὶ φιλοφρονηθέντες παρ' αὐ-
P 453 τοῦ ὑπέστρεψαν. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν Ἀρτέμιον σὺν τῷ Ξυλινίτῃ ἀνεῖλε, δημεύσας τὴν Ξυλινίτου οὐσίαν· μάγιστρος γὰρ ὢν πλούσιος πάνυ ὑπῆρχε. σὺν αὐτοῖς ἀπεκεφάλισε καὶ τὸν ἀρχιεπίσκο-

monii contra Sarracenos dictione prohibuit. Leonem quoque imperatorem per literas ad Mahometicam superstitionem colendam hortatus est.

Tertio anno Leoni impiissimus filius ac Antichristi praecursor natus est, Constantinus Caballinus. die Octobris vigesima sexta Maria uxor Leonis in triclinio Augustali coronata est, votisque apud vestibulum sacrae arae factis ad magnum baptisterium transiit. ibi cum a Germano patriarcha Constantinus paterni regni ac malitiae heredem baptizaret, ipsa in sua infantia dirum ac foedum futurae vitae indicium edidit, oleto in sacrum lavacrum emisso. itaque vaticinatus est patriarcha magna Christianis et ecclesiae mala eum daturum. susceperunt eum ordinum et senatus principes. eodem anno Niceta Xylinites Artemium Thessalonicae degentem per literas hortatur ut Terbelin se conferat, auxilioque Bulgarico instructus contra Leonem tendat. venienti Terbelis exercitum et quinquaginta auri centenarios dedit. cum his Artemius ad Cpolin est profectus. sed eum cum cives non reciperent, Bulgari Leoni tradiderunt, amiceque tractati domum abierunt. Leo Artemium Xylinitamque interfecit, publicatis etiam Xylinitae bonis: fuerat enim, utpote magister, praedives. cum his archiepiscopum quoque

πον Θεσσαλονίκης καὶ ἄλλους πλείστους, πλείονας δὲ ἐρρινοτόμησε καὶ ἐξώρισε.

Τῷ δ' ἔτει, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ πάσχα, ἐστέφθη Κωνσταντῖνος ὁ Καβαλλῖνος ὑπὸ Λέοντος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐν τῷ τριβουναλίῳ, ὑπὸ τοῦ ἁγίου Γερμανοῦ. τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει ἀπεβίω Οὔμαρος, ἀμηρεύσας τῶν Ἀράβων ἔτη δύο μῆνας δ'. καὶ ἀμηρεύει Ἰζήδ. τυραννεῖ δὲ καὶ ἐν Περσίδι ἄλλος Ἰζὴδ Μουαλαβίλ, καὶ συναπῆλθον αὐτῷ πολλοὶ τῆς Περσίδος. ὁ δὲ Ἰζὴδ ἀνεῖλεν αὐτὸν καὶ τὴν B Περσίδα ὑπέταξεν.

Τῷ ε' ἔτει ἐφάνη τις Σύρος ψευδόχριστος, καὶ ἐπλάνησε τοὺς Ἑβραίους λέγων ἑαυτὸν εἶναι Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ.

Τῷ ς' ἔτει ἠνάγκασεν ὁ βασιλεὺς τοὺς Ἑβραίους καὶ τοὺς Μοντανοὺς βαπτίζεσθαι. οἱ δὲ Ἑβραῖοι ἀπροαιρέτως βαπτιζόμενοι ἀπελούοντο τὸ βάπτισμα, καὶ ἐσθίοντες μετελάμβανον τῶν ἁγίων μυστηρίων. οἱ δὲ Μοντανοὶ διαμαντεύσαντες ἑαυτούς, θεωρήσαντες ἡμέραν, εἰσῆλθον εἰς τοὺς ὡρισμένους οἴκους τῆς πλάνης αὐτῶν καὶ κατέκαυσαν ἑαυτούς.

Τῷ ζ' ἔτει ἦλθον, καθὼς προείρηται, οἱ μάντεις οἱ χρησμοδοτήσαντες τῷ Λέοντι τὴν βασιλείαν, καὶ ἀπαιτοῦσι παρ' αὐτοῦ C τὴν ὑπόσχεσιν ἤγουν τὴν τῶν ἁγίων εἰκόνων καθαίρεσιν, ὑποσχόμενοι τῷ ἀσεβεῖ ποιήσαντι οὕτως βιώσειν χρόνους ἑκατόν. τούτοις πεισθεὶς ὁ ἀλάστωρ πολλῶν κακῶν αἴτιος γέγονεν ἡμῖν τοῖς

Thessalonicenum et alios permultos capitibus truncavit, pluribus nasos amputavit, et solum exsilii causa vertere iussit.

Quarto anno, festo Paschatis die, Constantinum Caballinum Leonis patris iussu S. Germanus pro tribunali coronavit. eodem anno vita defunctus est Umarus, cum Arabum ameras fuisset per annos 2 menses 4. successit ei Izedus. sed et alius Izedus in Perside tyrannidem occupavit, cognomine Mualabis, atque huic multi ex Perside se coniunxere. verum Izedus eum interfecit Persidemque subegit.

Quinto anno exstitit quidam Syrus, falso Christum sese iactans esse, filium dei, Ebraeosque decepit.

Anno sexto imperator Ebraeos ac Montanos ad baptismum adegit. atque Ebraei quidem contra animi sui sententiam baptizati abluerunt baptismum, ciboque ante percepto sacrorum mysteriorum participes se fecerunt. Montani autem sibi invicem vaticinati constituta die domos errori suo destinatas intrarunt, ac sese combusserunt.

Anno septimo vates isti, quos supra dictum est Leoni imperium praedixisse, venerunt, promissamque sibi ab eo sacrarum imaginum subversionem postularunt, pollicentes ei, si satisfecisset, vitam 100 annorum. his scelerosus iste fidem adhibens multa nobis Christianis mala

Χριστιανοῖς. εὑρὼν γάρ τινας ὁμοφρονοῦντας αὐτῷ καὶ τὸν Νακωλείας ἐπίσκοπον, οὐ μικρῶς τὴν πίστιν ἐλυμήνατο.

Ἱστόρηται δὲ ὅτι ἔθος ἦν τὸν ῥῆγα Φραγγίας κατὰ γένος ἄρχειν, καὶ μηδὲν διοικεῖν πλὴν ὅτι ἀλόγως ἐσθίειν καὶ πίνειν, κατὰ δὲ τὸν Μάϊον μῆνα προκαθέζεσθαι ἐπὶ παντὸς τοῦ ἔθνους,
D καὶ προσκυνεῖν αὐτοῖς καὶ ἀντιπροσκυνεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, δωροφορεῖσθαί τε κατὰ συνήθειαν καὶ ἀντιδιδόναι αὐτοῖς, ἔχειν δὲ πρόοικον γνώμην αὐτοῦ καὶ τοῦ ἔθνους εἰς τὸ διοικεῖν πάντα τὰ πράγματα. ἐλέγοντο δὲ οἱ ἐκ τοῦ γένους ἐκείνου καταγόμενοι κριστάτοι, ὃ ἑρμηνεύεται τριχοραχάτοι· εἶχον γὰρ κατὰ τῆς ῥάχεως αὐτῶν τρίχας ἐκφυομένας ὡς χοῖροι.

Τῷ θ' ἔτει ἤρξατο ὁ δυσσεβὴς Λέων τὸν κατὰ τῆς τῶν ἁγίων εἰκόνων καθαιρέσεως λόγον ποιεῖσθαι. Γρηγόριος δὲ ὁ πάπας Ῥώμης τοῦτο μαθὼν τοὺς φόρους τῆς Ἰταλίας καὶ Ῥώμης ἐκώλυσε, γράψας καὶ πρὸς Λέοντα ἐπιστολὴν δογματικήν, μὴ δεῖν βασιλέα λόγον περὶ πίστεως ποιεῖσθαι καὶ καινοτομεῖν τὰ ἀρ-
P 454 χαῖα δόγματα τῆς ἐκκλησίας τὰ ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων δογματισθέντα. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ ὁ χείμαρρος πλημμυρήσας εἰσῆλθεν εἰς Ἔδεσαν, καὶ τὴν πόλιν καὶ πολλοὺς ἠφάνισε.

Τῷ ι' ἔτει ἐπεστράτευσε Μασαλμᾶς τὴν Καισάρειαν Καππαδοκίας καὶ παρέλαβεν αὐτήν. γέγονε δὲ καὶ θανατικὸν εἰς Συρίαν. ἐν αὐτῷ τῷ ἔτει, ὥρᾳ θέρους, ἀτμὶς καμίνου πυρὸς ἀνέβρασεν ἀνὰ μέσον Θήρας καὶ Θηρασίας τῶν νήσων ἐκ τοῦ βυθοῦ

19 καὶ ante τὴν om P

paravit: nactus enim quosdam secum sentientes, interque hos episcopum Nacoliae, religionem haud leviter polluit.

Memoriae proditum est regem Franciae, consuetudine sic obtinente, regnum per stirpem a maioribus suis ad se delatum gerere, nulli alii negotio intentum quam brutae voracitati atque poculis. eundem Maio mense in conspectu totius gentis praesidere, gentemque adorare, et vicissim ab ea adorari, atque ultro tum de more citroque dari dona. praefectum domus sive aulae regis rerumque gentis eius omnium curam gerere. qui ea stirpe prognati erant, cristati dicebantur, quod Graece dicitur trichorachati, quia instar porcorum ex spina dorsi enascentes pilos haberent.

Anno nono Leo impius coepit de sacris imaginibus evertendis mentionem facere. quo cognito, Gregorius Romae papa tributo Italiae et Romae eum prohibuit, missa etiam decretali epistola monens non esse imperatoris de fide statuere aut vetera ecclesiae decreta a sanctis patribus facta convellere. eodem anno etiam torrens in urbem Edessam exundans multos interemit.

Anno decimo Masalmas Caesaream Cappadociae expugnavit. pestis quoque in Syria fuit. aestate eius anni inter Theram et Therasiam insulas per aliquot dies ex profundo maris sursum se extulit caligo, quasi

τῆς θαλάσσης ἐπὶ ἡμέρας τινάς, καὶ κατὰ βραχὺ παχυνομένης καὶ ἀπολιθουμένης τῇ πυρώδει ἐκκαύσει ὅλος ὁ τόπος καὶ ὁ ἀὴρ πυροφανὴς ἐδείκνυτο. τῇ δὲ παχύτητι τῆς γεώδους οὐσίας πετροκισσήρους μεγάλους ὡς λίθους τινὰς ἀναπέμψαι καθ' ὅλης τῆς μικρᾶς Ἀσίας καὶ Λέσβου καὶ Ἀβύδου καὶ τῆς πρὸς θάλασσαν B Μακεδονίας, ὡς ἅπαν τὸ πρόσωπον τῆς θαλάσσης ταύτης κισσήρων ἐπιπολαζόντων γέμειν. μέσον δὲ τοῦ τηλικούτου πυρὸς νῆσος ἀπογεωθεῖσα τῇ λεγομένῃ ἱερᾷ νήσῳ συνήφθη, μήπω τὸ πρὶν οὖσα, ἀλλ' ὡς αἱ προρρηθεῖσαι Θήρα τε καὶ Θηρασία ποτὲ ἐξεβράσθησαν, οὕτω καὶ αὕτη νῦν ἐπὶ τῶν χρόνων τοῦ θεομάχου Λέοντος. ὃς τὴν κατ' αὐτοῦ θείαν ὀργὴν ὑπὲρ αὐτοῦ λογισάμενος ἀναιδέστερον κατὰ τῶν ἁγίων σεπτῶν εἰκόνων ἤγειρε πόλεμον. οἱ μέντοι κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν ὄχλοι σφόδρα λυπούμενοι αὐτῷ τε ἔμελλον ἐπελθεῖν καὶ πολλοὺς βασιλικοὺς ἀνθρώπους ἀνεῖλον, τούς τε καθελόντας τὴν ἐπὶ τῆς μεγάλης χαλκῆς C πύλης τοῦ κυρίου εἰκόνα, ὡς πολλοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας τιμωρηθῆναι μελῶν τε ἐκκοπαῖς καὶ μάστιξι καὶ ἐξορίαις καὶ ζημίαις ὑποβληθῆναι, σβεσθῆναί τε τῶν παιδευτηρίων τὴν εὐσεβῆ διδασκαλίαν. πρὸς γὰρ τῇ λεγομένῃ βασιλικῇ κινστέρνῃ παλάτιον ἦν σεμνόν, ἐν ᾧ κατὰ τύπον ἀρχαῖον οἰκουμενικὸς ἐκάθητο διδάσκαλος, ἔχων μαθητὰς λόγῳ καὶ βίῳ σεμνοὺς τὸν ἀριθμὸν δώδεκα. οὗτοι πᾶσαν λογικὴν ἐπιστήμην τάχει τε καὶ μεγέθει φύσεως μετερχόμενοι οὐχ ἥκιστα τὴν ἐκκλησιαστικὴν μετῄεσαν θεοσοφίαν·

ab ardente fornace surgens; qua paulatim densata inque lapidem concreta, igniti incendii vi totus et locus et aër igneum adspectum praetulerunt. et ob crassitiem terrae materiae magni pumices lapidum instar per totam Asiam minorem, Lesbum Abydumque et maritimam Macedoniam disiecti sunt, ita ut universa facies eius maris pumicibus in summo iacentibus tecta fuerit. in medio ignis huius insula in terram constipata Hieraeque insulae aggesta est; quae ante nunquam fuit, sed quomodo olim Thera et Therasia eruperunt, ita et isthaec aetate deo adversi Leonis. ceterum Leo quantam in se dei iram concitasset reputans, impudentius venerandis imaginibus bellum movit. quare populus regiae urbis vehementi dolore percitus cum ipsum Leonem statuit invadere, tum multos ipsius domesticos trucidavit, atque eos etiam qui impositam magnae aereae portae imaginem domini auferebant. quo factum est ut multi pro pietate propugnantes suppliciis afficerentur, alii membris mutilati, alii flagellis exsiliis et multis puniti; utque pia scholarum doctrina cessaret. nam apud regiam cisternam palatium erat venerabile, in quo iuxta antiquam formam oecumenicus magister sedebat, duodecim habens discipulos eruditione et vita graves. ii cum omnem dicendi scientiam celeritate et amplitudine ingenii percepissent, ecclesiasticam divinarum rerum sapientiam acri studio tractabant: absque horum con-

ὧν τῆς γνώμης χωρὶς οὐ θεμιτόν τι ποιεῖν ἐδόκει οὐδὲ τοῖς βασι-
D λεῦσιν αὐτοῖς. τούτους ὁ Κόνων συχνῶς προσκαλούμενος ἐπεί-
ραζε πεῖσαι τῇ αὐτοῦ αἱρέσει. καταθέσθαι δὲ μὴ καταδεχομένους
ἀλλ' ἀντιπίπτοντας ἀτίμως κατακλεισθῆναι διεκελεύσατο ἐκεῖσε,
διὰ δὲ τῆς νυκτὸς πῦρ κυκλόθεν ὑφάψας αὐταῖς ἑστίαις καὶ βί-
βλοις πολλαῖς καὶ καλαῖς καὶ σκεύεσιν ἱεροῖς ὁ μιαρὸς κατέκαυσεν.
ἐντεῦθεν στασιάζουσι κατ' αὐτοῦ μεγάλῃ ναυμαχίᾳ συμφωνήσαν-
τες Ἑλλαδικοί τε καὶ οἱ τῶν Κυκλάδων νήσων, οἳ καὶ προσπελά-
σαντες τῷ Βυζαντίῳ ἡττῶνται, ἐμπρησθέντων αὐτῶν ἐντὸς νηῶν
τῷ σκευαστῷ πυρί. αὔξει δὲ τὴν κακίαν Λέων ὁ δυσσεβής, κατὰ
τῆς εὐσεβείας τὸν διωγμὸν ἐπιτείνων.

P 455 Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει κατὰ τῆς Βιθυνῶν Νικαίας παρατάττεται
Ἄμερ ἐν χιλιάσι ιε' μονοζώνων προδραμὼν καὶ ἀπαρασκεύαστον
κυκλώσας τὴν πόλιν, καὶ Μαβίας ἐπακολουθῶν ἐν ἄλλαις ὀκτὼ
ἥμισυ μυριάσιν· οἳ μετὰ πολλὴν πολιορκίαν καὶ καθαίρεσιν μερι-
κὴν τῶν τειχῶν, δι' ὀπτασίας τῶν ἐν αὐτῇ τιμωμένων ἁγίων πα-
τέρων αἰσχυνθέντες, ἄπρακτοι ὑπεχώρησαν. Κωνσταντῖνός δέ τις
στράτωρ τοῦ Ἀρταβάσδου, ἰδὼν εἰκόνα τῆς θεοτόκου ἑστῶσαν,
λαβὼν λίθον ἔρριψε κατ' αὐτῆς καὶ συνέτριψεν αὐτὴν καὶ πεσοῦ-
σαν κατεπάτησε. θεωρεῖ οὖν ἐν ὁράματι παρεστῶσαν αὐτῷ τὴν
B δέσποιναν καὶ λέγουσαν αὐτῷ "οἶδας ποῖον πρᾶγμα γενναῖον εἰρ-
γάσω εἰς ἐμέ; ὄντως κατὰ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς τοῦτο ἐποίησας."
τῇ δὲ ἐπαύριον προσβαλόντων τῶν Σαρακηνῶν τῷ τείχει καὶ πολέ-
μου κροτηθέντος, δραμὼν εἰς τὸ τεῖχος ὁ ταλαίπωρος βάλλεται

silio quicquam agi, ipsis quoque imperatoribus nefas putabatur. hos Conon ad se vocans identidem in suam haeresin pertrahere satagebat: recusantes autem et sese opponentes ignominiose in sua illa schola concludi iussit, noctuque igne circumdatos cum domo librisque multis et pretiosis ac sacra supellectile combussit. ob id magna classe coacta Graeci, et qui Cyclades insulas tenebant, bellum ei faciunt. sed Byzantio iam propinquantium artificioso igni naves una cum ipsis succensae perierunt. porro autem impius Leo pietatem impensius persequi perrexit.

Eodem anno Amer cum 15 milibus levis armaturae militibus excursionem faciens, Nicaeam Bithyniae improviso obsidet. cui se adiungit Mabias, cum 85 milibus subsecutus. verum hi diu urbe oppugnata, murorumque partibus deiectis, apparitione sanctorum qui ibi coluntur patrum deterriti re infecta turpiter discesserunt, cum quidem Constantinus Artabasdi strator imaginem deiparae stantem cernens correpto lapide petiit deiectamque conculcavit. cui domina per visionem astitit, obnuntiavitque praeclari huius in ipsam facinoris suo eum capite poenas daturum. postridie itaque Sarracenis murum oppugnantibus, et certa-

τῷ ἐκ τοῦ μαγγανικοῦ λίθῳ, ὃς συνέτριψεν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ πρόσωπον, ἄξιον τῆς αὐτοῦ δυσσεβείας κομισάμενος τὸ ἀνταπόδομα.

Ὁ μέντοι βασιλεὺς Λέων οὐ μόνον περὶ τὴν σχετικὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων ὁ δυσσεβὴς ἐσφάλλετο προσκύνησιν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πρεσβειῶν τῆς πανάγνου θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων· καὶ τὰ λείψανα δὲ τῶν ἁγίων ὁ παμμίαρος, ὡς οἱ διδάσκαλοι αὐτοῦ Ἄραβες, ἐβδελύττετο. ἐκ τοῦδε τοίνυν τοῦ χρόνου ἀναιδῶς τῷ μακαρίῳ Γερμανῷ προσετρίβετο, ὃν καὶ μεταστειλά- C
μενος ἤρξατο λόγους τινὰς κινεῖν μεθ᾽ ὑπουλίας καὶ καταγινώσκειν πάντων τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων καὶ ἱερέων ὡς εἰδωλολατρησάντων ἐν τῇ προσκυνήσει τῶν ἁγίων εἰκόνων. ὁ δὲ μέγας ἔφη Γερμανός "ἄκουσον βασιλεῦ. τοῦ κυρίου ὑμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ σαρκὸς ἐπιφανέντος πᾶσα εἰδωλολατρία ἐκποδὼν γέγονε καὶ πᾶν ἄγαλμα εἰδωλικὸν ἠφάνισται καὶ ἐξωστράκισται, ὥς φησιν ὁ προφήτης Ζαχαρίας ὅτι λέγει κύριος Σαβαώθ, ἐξολοθρεύσω τὰ ὀνόματα τῶν εἰδώλων ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ οὐκέτι αὐτῶν ἔσται μνεία. πλὴν τὴν καθαίρεσιν τῶν ἱερῶν εἰκόνων ἀκούομεν μέλλειν ἔσεσθαι, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ τῆς σῆς βασιλείας." τοῦ δὲ βιασαμένου εἰπεῖν ἐπὶ D
ποίας, ἔφη ὁ ἅγιος ἐπὶ Κόνωνος. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς ἔφη "ὄντως ἐγώ εἰμι· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ βαπτιστικόν μου." καὶ ὁ μέγας Γερμανὸς ὑπολαβὼν ἔφη "μὴ γένοιτο, δέσποτα, ἐπὶ τῆς σῆς βασιλείας πραχθῆναι τὸ θεοστυγὲς τοῦτο κακόν." ὁ δὲ θεομάχος

mine commisso, miser in murum accurrens, tormenti lapide caput faciemque contritus, dignam suae impietatis mercedem tulit.

Enimvero imperator Leo non tantum in errore de venerandarum imaginum debita adoratione versatus est, sed etiam de deiparae omniumque sanctorum intercessionibus impie sensit, sanctorumque reliquias more Arabum suorum praeceptorum abominatus est. ab eo itaque tempore impudenter B. Germano offensus fuit. vocavit quoque eum ad se, illatoque subdole sermone, damnare coepit omnes qui se antecessissent imperatores atque pontifices, quod ii imaginibus sacris adorandis, cultum soli deo debitum, impie alio transtulissent. ad haec magnus ille Germanus: audi, inquit, imperator. Christo in carne exhibito, omnis profanorum simulacrorum cultus abolitus, omnisque impia imago sublata est, et explosa. quomodo Zacharias vates praedixit (Zach. 13) "sic ait," dicens, "dominus exercituum: exscindam e terra nomina simulacrorum, neque ulla in posterum erit eorum memoria." ceterum sacras quoque imagines audivimus abolitum iri, non tamen te imperante. et coactus ab imperatore, eum nominare, quo rerum potiente hoc esset futurum: Cononem, dixit. tum Leo: omnino, inquit, is ego sum. Conon enim est meum nomen, mihi in baptismo inditum. quem sermonem Germanus excipiens: absit, ait, domine, ut hoc tam invisum deo facinus te im-

τύραννος τοῦτο ἀκούσας, σφόδρα χαλεπήνας καὶ λεόντειον βρύξας, εἰδωλολάτρην τε ἀποκαλέσας καὶ ταῖς ἰδίαις χερσὶ ῥαπίσας τῶν βασιλείων ἐξελαύνει. σιλέντιόν τε ποιήσας κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων προσκαλεῖται πάλιν τὸν ἅγιον Γερμανόν, οἰόμενος πεῖσαι αὐτὸν ὑπογράψαι. ὁ δὲ οὐδ' ὅλως εἶξε τῇ θωπείᾳ ἢ τῇ ἀπειλῇ τοῦ
P 456 τυράννου. μᾶλλον μὲν οὖν ἀνέμνησεν αὐτὸν ὁ μακάριος τῶν πρὸ τῆς αὐτοκρατορίας συνθηκῶν, ὅπως αὐτὸν θεὸν ἐγγυητὴν δέδωκε μὴ παρασαλεῦσαί τι τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων. ἀλλ' οὐδ' οὕτως ᾐσχύνθη ὁ ἄθλιος· μᾶλλον δὲ καὶ ἠγωνίζετο, εἴ που αὐτὸν ἐν λόγοις συλλήψεται, ἵν' ὡς φατριαστὴν καὶ οὐχ ὡς ὁμολογητὴν καθέλῃ τοῦ θρόνου. εὗρεν οὖν εἰς τοῦτο σύμμαχον Ἀναστάσιον σύγκελλον τοῦ ἁγίου, συνταξάμενος αὐτὸν τοῦ θρόνου διάδοχον ἔσεσθαι. ὃν ὁ μακάριος οὐκ ἀγνοῶν, ὡς ἄλλον Ἰσκαριώτην, σοφῶς τὰ περὶ προδοσίας ἀνεμίμνησκε. καί ποτε εἰσερχομένου
B πρὸς τὰ βασίλεια, ἐπάτησεν ὁ Ἀναστάσιος τὰ ὀπίσθια τῆς στολῆς τοῦ ἁγίου· πρὸς ὃν ὁ ὅσιος ἔφη "μὴ σπεῦδε· τὸ Δίιππον ἐκδέχεταί σε." μετὰ δὲ ἔτη ιε' Κωνσταντῖνος ὁ διώκτης μετὰ τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ Ἀρταβάσδου σὺν ἄλλοις ἐχθροῖς αὐτοῦ τοῦτον τύψας ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ, διὰ τοῦ Διίππου γυμνὸν ἐπ' ὄνου καθίσας ἐξ ἀντιστρόφου ἐπόμπευσε διὰ τὸ ἀνασκάψαι μὲν τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον, στέψαι δὲ τὸν Ἀρτάβασδον· κἀντεῦθεν ἡ πρόρρησις ἀπέβη τοῦ ὁσιωτάτου Γερμανοῦ. ἐν μὲν οὖν τῷ Βυζαντίῳ πρόμαχος τῶν ὑπὲρ εὐσεβείας δογμάτων ὁ ἱερὸς οὗτος καὶ θεσπέσιος

perante perpetretur. sed tyrannus deo adversus, auditis his verbis graviter indignatus, leoninum rugiit: Germanumque simulacricolam appellans, suaque manu alapam infligens, regia exturbavit. facto deinde contra sacras imagines edicto, Germanum rursum accersit, persuasurum ei se sperans ut subscriberet. at Germanus nequaquam vel adulationi vel minis tyranni concessit: immo autem pactorum eum ante occeptum imperium initorum admonuit, in quibus is deo fideiussore adscito promiserat nihil se verorum decretorum labefactaturum. sed tantum abfuit ut coepti miserum Leonem puderet, ut praeterea in hoc incubuerit ut Germanum suis in verbis caperet, atque ita non ut confessorem sed ut seditiosum solio detruderet. eam ad rem adiutorem nactus est Anastasium Germani syncellum, quem successionis in patriarchae munus spe allexerat. hunc beatus ille non ignorans esse alterum Iscariotam, sapienter de proditione commonuit. aliquando Germani in regiam euntis stolae oram Anastasius calcavit. cui Germanus "noli festinare: Diippus te manet." quindecim post annis Constantinus ecclesiae persecutor, inter Artabasdum generum suum aliosque suos hostes, hunc quoque Anastasium plagis in circo multatum et facie retrorsum versa equo impositum ac nudum per Diippum iussit pro spectaculo duci, quod sibi derogato imperio Artabasdo diadema detulisset. atque sic impletum est Germani vaticinium. proinde Byzantii defensor verae religionis fuit

ἤκμαζε Γερμανός, θηριομαχῶν καθ' ἑκάστην πρὸς τὸν φερώνυμον Λέοντα καὶ τοὺς αὐτοῦ συνασπιστάς, ἐν δὲ τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ Γρηγόριος ἀποστολικὸς ἀνὴρ καὶ Πέτρου τοῦ κορυφαίου σύνθρο- C νος, ὃς διὰ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γινόμενα θεῖα πονήματα Διάλογος ἐκλήθη. οὗτος ὁ ἅγιος διὰ τὰς ἀνοσιουργίας Λέοντος ἀφηνίασε, καὶ πρὸς τὸν Φράγγον σπονδὴν εἰρηνικὴν ποιησάμενος τούς τε φόρους ἐκώλυσε καὶ Ἀναστάσιον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἀνεθεμάτισε. τὸν δὲ βασιλέα δι' ἐπιστολῶν αὐτοῦ πολλῶν πολλοῖς ἐγνωσμένων ἀριδήλως ἐλέγχει. ἐν δὲ τῇ κατὰ Συρίαν Δαμασκῷ Ἰωάννης μοναχὸς καὶ πρεσβύτερος, ὁ Χρυσορρόας ὁ τοῦ Μανσούρ, ὃ ἑρμηνεύεται Λέντραβος, ὅνπερ ὁ δυσσεβὴς Μανζὴρ Ἰουδαϊκῷ φρονήματι μετωνόμασεν. οὗτος ὁ ὅσιος Ἰωάννης καὶ μελῳδὸς ὠνομάσθη μετὰ Κοσμᾶ ἐπισκόπῳ τοῦ Μαϊουμᾶ καὶ Θεοφάνους D ἀδελφοῦ Θεοδώρου τῶν γραπτῶν, διὰ τὸ αὐτοὺς μελῳδῆσαι τὰ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῶν Χριστιανῶν τετυπωμένα ψάλλεσθαι· ἦν γὰρ ὁ ἅγιος Ἰωάννης οὗτος τῷ τε βίῳ καὶ τῷ λόγῳ διδάσκαλος ἄριστος, πάσης γνώσεως θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης ἐμπεπλησμένος. ἀλλὰ Γερμανὸν μὲν ὡς ὑπ' αὐτὸν ὄντα ὁ Λέων ἐκβάλλει τοῦ θρόνου, ὃς τὸ ὠμόφορον ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας θεὶς ἀπετάξατο τῇ ἱερωσύνῃ καὶ ὑπεχώρησεν. ὁ δὲ θεομάχος ἀντ' αὐτοῦ χειροτονεῖ Ἀναστάσιον τὸν προλεχθέντα σύγκελλον, συνθέμενον τῇ ἀσεβεῖ αὐτοῦ βουλῇ καὶ αἱρέσει. ὁ δὲ ὅσιος Γερμανὸς ἐξερχόμενος μεθ' ἑτέρων διδασκαλικῶν λόγων ἔφη "ἐὰν εἰμὶ P 457

divinus iste Germanus, quotidie adversus Leonem ferae cognominem ut feram bestiam eiusque stipatores depugnans, Romae autem Gregorius, apostolicus vir et Petri apostolorum coryphaei assessor, qui ob divinas suas lucubrationes Dialogi cognomen adeptus est. is a Leone ob eius impietatem defecit, et pacto cum Francis icto tributa Leoni denegavit, Anastasium ac socios anathemate feriit, imperatoremque multis epistolis et a multis lectis manifesto redarguit. Damasci Syriae fuit Ioannes monachus et presbyter, Chrysorroas cognomento, Mansuris filius, quod Graece sonat Lentrabum, quem impius Iudaico sensu Manzerem appellavit. hic S. Ioannes, una cum Cosma Maiumensi episcopo et Theophane fratre Theodori Graptorum episcopi, melodi sive cantores sunt agnominati, eo quod melodiis comprehendissent eas cantilenas quae in ecclesiis Christianorum canuntur, prout ab eis compositae formataeque sunt. erat enim S. hic Ioannes et vita et oratione magister optimus, omni divina humanaque cognitione repletus. sed Germanum quidem Leo ut suae potestati subditum patriarchae solio deiecit. isque humerale in sacra mensa magni templi deponens resignavit munus suum atque discessit. impiusque Leo ei suffecit Anastasium syncellum impio ipsius consilio et haeresi consentientem. digrediens vero Germanus inter alia ad docendum composita verba hoc quoque dixit "si ego sum Ionas,

ἐγὼ Ἰωνᾶς, βάλλετέ με εἰς τὴν θάλασσαν· χωρὶς γὰρ οἰκουμενικῆς συνόδου καινοτομῆσαι πίστιν, ὦ βασιλεῦ, ἀδυνατῶ." καὶ ἀπελθὼν ἐν τῷ γονικῷ αὐτοῦ οἴκῳ τοῦ Πλατανίου ἡσύχασεν, ἀρχιερεύσας ἔτη ιδʹ μῆνας εʹ ἡμέρας ζʹ.

Τῷ ιδʹ ἔτει ἐπεστράτευσε Μάσαλμας τῇ Ῥωμανίᾳ, καὶ ἐλθὼν εἰς Καππαδοκίαν παρέλαβε δόλῳ τὸ Χαρσιανὸν κάστρον.

Τῷ ιςʹ ἔτει Λέων ὁ βασιλεὺς τὴν θυγατέρα χαγάνου τοῦ τῶν Σκυθῶν δυνάστου τῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ ἐνυμφεύσατο, ποιήσας αὐτὴν Χριστιανὴν καὶ ὀνομάσας Εἰρήνην· ἥτις ἐκμαθοῦσα τὰ B ἱερὰ γράμματα διέπρεψεν ἐν εὐσεβείᾳ, τὴν τῶν ἀθέων δυσσέβειαν ἐλέγχουσα. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐμαίνετο κατὰ τοῦ πάπα καὶ τῆς ἀποστάσεως Ῥώμης καὶ Ἰταλίας, καὶ ἐξοπλίσας στόλον μέγαν ἀπέστειλε κατ' αὐτῶν. ᾐσχύνθη δὲ ὁ μάταιος ναυαγήσαντος τοῦ στόλου εἰς τὸ Ἀδριατικὸν πέλαγος. ἐκμανεὶς οὖν ἐπὶ τούτῳ πλέον ὁ θεομάχος φόρους κεφαλικῶς τῷ τρίτῳ μέρει Σικελίας καὶ Καλαβρίας τοῦ λαοῦ ἐπέθηκε. τὰ δὲ λεγόμενα πατριμώνια τῶν ἐν Ῥώμῃ ναῶν τῶν ἁγίων καὶ κορυφαίων ἀποστόλων ἔκπαλαι τελούμενα, τάλαντα τρία ἥμισυ, τῷ δημοσίῳ λόγῳ τελεῖσθαι C προσέταξεν, ἐποπτεύειν τε καὶ ἀναγράφεσθαι τὰ τικτόμενα βρέφη πρὸς τὸ ἀπαιτεῖσθαι τὸν λεγόμενον κεφαλητίωνα.

Τῷ ιηʹ καὶ ιθʹ καὶ καʹ ἔτει Σουλεϊμὰν ὁ υἱὸς Ἰσὰμ τὴν Ἀσίαν καταδραμὼν πολλοὺς αἰχμαλώτους ἐποίησεν. ᾐχμαλώτευσε δὲ καί τινα Περγαμηνόν, ὃς ἔλεγεν ἑαυτὸν Τιβέριον εἶναι

proiicite me in mare: nam extra universalem synodum novi aliquid de fide statuere nequeo, o imperator." ac digressus Platanii in domo sua gentilicia quietus vixit, cum gessisset summum pontificatum annos 14, menses 5, dies 7.

Anno 14 Masalmas in Romanam dicionem bello illato, cum in Cappadociam venisset, Charsianum castrum fraude cepit.

Anno 16 Leo filiam Chagani Scytharum principis filio suo Constantino uxorem duxit, cum Christianam eam fecisset Irenamque nominasset. ea sacris literis studiose cognitis illustris pietate fuit, refutavitque a deo alienorum impietatem. imperator autem contra Papam Romaeque et Italiae defectionem saeviens, contra eos ingentem classem armavit atque emisit. sed turpiter se dedit vanus homo, classe in Adriatico mari naufragio amissa. inde furore percitus maiore homo adversus deum pugnans, tertiae Siculi ac Calabri populi parti tributum in singula hominum capita imposuit. patrimonia quoque templorum Romae principibus apostolis consecratorum, quae pecunia quotannis antiquitus pendebatur talentorum trium semis, in aerarium publicum conferri iussit. et mandavit inspici atque describi infantes qui nascebantur, ut census iste de singulis capitibus (Cephaletionem vocant) exigi posset.

Annis 18, 19 et 21 Suleiman Isami filius factis in Asiam incursionibus multum captivorum abduxit. fuit inter hos etiam Pergamenus

υἱὸν Ἰουστινιανοῦ. τοῦτον Ἰσὰμ εἰς τιμὴν τοῦ ἰδίου παιδὸς καὶ τῶν βασιλέων ἐκφόβησιν μετὰ τιμῆς βασιλικῆς καὶ στρατευμάτων εἶχεν· ὃν ἐκπέμπει εἰς Ἱερουσαλὴμ καὶ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν πρὸς θέαν πάντων.

Τῷ κγ´ ἔτει ἐπεστράτευσε Σουλεϊμὰν κατὰ Ῥωμαίων, ἔχων D μυριάδας ϛ´. καὶ πολλὴν ἅλωσιν καὶ αἰχμαλωσίαν ποιησάμενος, πορθήσας καὶ τὸ Σιδηρόκαστρον, ἀβλαβὴς ὑπέστρεψε.

Τῷ κδ´ ἔτει ἐκαύθησαν αἱ ἀγοραὶ ὑπὸ τῶν Ἱερακιτῶν, καὶ πολλοὶ ἐξ αὐτῶν ἐφουλκίσθησαν. τῇ κϛ´ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός, τοῦ ἁγίου Δημητρίου, ἡμέρᾳ δ´ ὥρᾳ η´, σεισμὸς μέγας γέγονε καὶ φοβερὸς ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἐπτώθησαν ἐκκλησίαι καὶ μοναστήρια καὶ οἶκοι, καὶ λαὸς πολὺς ἀπέθανεν. ἔπεσε δὲ καὶ ἡ στήλη Ἀρκαδίου ἐν τῷ Ξηρολόφῳ καὶ ἄλλαι πολλαί, καὶ τὰ χερσαῖα τῆς πόλεως τείχη, καὶ πόλεις καὶ χωρία ἐν τῇ Θρᾴκῃ, ἥ τε Νίκαια καὶ Νικομήδεια καὶ Πραίνετος. ἀπέφυγε δὲ καὶ ἡ P 458 θάλασσα τῶν ἰδίων ὅρων ἔν τισι τόποις. ἐκράτει δὲ καὶ ὁ σεισμὸς μῆνας ια´. ἰδὼν δὲ ὁ βασιλεὺς τὰ τείχη τῆς πόλεως πτωθέντα, διελάλησε λέγων ὅτι ὑμεῖς οἱ τῆς πόλεως ἀδυνατεῖτε τὰ τείχη κτίζειν, ἀλλὰ προσετάξαμεν τοῖς διοικηταῖς τῶν θεμάτων ἀπαιτεῖν εἰς τὸν κανόνα κατὰ νόμισμα μιλιαρίσιον ἕν, καὶ λαμβάνει αὐτὸ ἡ βασιλεία, καὶ κτίζει αὐτά. κἀντεῦθεν ἀπεκράτησεν ἡ συνήθεια παρέχειν τὰ δικέρατα τοῖς διοικηταῖς. κεράτια δὲ αἱ ιβ´ φόλλεις ὠνομάσθησαν, ἤτοι νοῦμμοι ἀπὸ Νουμᾶ βασιλέως

quidam, qui se dicebat Tiberium esse Iustiniani filium. hunc Isamus in honorem filii sui, utque terrorem imperatoribus obiiceret, regio in honore habuit, exercitui praefecit, utque ab omnibus videri posset, Hierosolyma eum ac per totam Syriam misit.

Idem Suleiman anno 23 imperii Leonis exercitum 90 milium in Romanos duxit; captisque multis et oppidis et hominibus, ferreo etiam castro (id enim est Siderocastrum) vastato, illaesus rediit domum.

Anno 24 ab Hieracitis tabernae sunt incensae, multique eorum supplicio affecti. die Octobris 26, quae D. Demetrio sacra est, feria 4, hora 8, terrae motus ingens atque terribilis Cpoli fuit, qui templa monasteria domosque multas prostravit, multosque homines. corruit etiam Arcadii statua in Xerolopho et aliae multae, atque muri etiam terrestres urbis, et in Thracia urbes atque castella, nec non Nicaea Nicomedia et Praenetus quin et mare quibusdam in locis a limitibus suis refugit. obtinuit terrae motus iste menses 11. imperator ruina murorum urbis cognita cives ita est allocutus. "vos muris urbis reficiundis cum non sitis pares, nos quaestoribus nostris negotium dedimus ut ultra constitutum tributum in singula nomismata accipiant miliarisium unum, idque in aerarium nostrum conferant, ex quo nos muros condamus." exinde obtinuit ut dicerata seu bina ceratia quaestoribus solvantur. ceratia autem appellantur 12 folles sive nummi, sic dicti a Numa Ro-

Ῥώμης, ὃς καὶ πρῶτος τοὺς ὀβολοὺς τῇ ἰδίᾳ εἰκόνι ἐχάραξε καὶ νούμμους αὐτοὺς κατὰ τὸ ἴδιον ὄνομα ἐκάλεσεν. οὗτος καὶ ὀφφί-
B κιον ἐτύπωσεν, ὅπερ εἷς τῶν ἀνθρώπων αὐτοῦ ἔχων ἐλάμβανεν ἐξ ἑκάστου τῶν ἀπὸ τοῦ παλατίου ῥογευομένων φόλλεις ιβ΄ ἤτοι κεράτιον ἕν. διὸ καὶ ἐλέγετο ὁ κεράτιον. τοῦτο δὲ ἦν ὡς ἐν τύπῳ ψήφου τῶν ῥογευομένων ἀπὸ τοῦ παλατίου· οὔπω γὰρ τότε ἀπογραφαὶ κατὰ Ῥώμην ἦσαν. ἐν δὲ τῇ πρώτῃ αἰχμαλωσίᾳ τοῦ Ἰσραὴλ οὗτος ὁ Νουμᾶς ἐγένετο, ἐν τῷ ,δψπ΄ ἔτει τῆς κόσμου κτίσεως.

Ἐβασίλευσεν οὖν Λέων ὁ καὶ Κόνων, ὁ Ἴσαυρος, ἔτη κδ΄ μῆνας β΄ ἡμέρας κε΄. καὶ θνήσκει σὺν τῷ σωματικῷ καὶ τὸν ψυχικὸν θάνατον, νόσῳ δυσεντερίας βληθείς· καὶ τίθεται τὸ δύστηνον αὐτοῦ σῶμα ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. ὅσα δὲ
C καὶ οἷα κατὰ Χριστιανῶν συνέβησαν ἐν ταῖς ἡμέραις τούτου τοῦ δυσσεβεστάτου καὶ ἀπανθρώπου Λέοντος, περί τε τὴν ὀρθόδοξον ἡμῶν πίστιν καὶ περὶ τὰς τῶν πολιτικῶν διοικήσεις αἰσχροῦ κέρδους καὶ φιλαργυρίας ἐπινοίᾳ, κατά τε παντὸς κόσμου καὶ τῶν Χριστιανῶν σεισμοὶ καὶ λιμοὶ καὶ λοιμοὶ καὶ ἐθνῶν ἐπαναστάσεις καὶ θάνατοι, ἀπορῶ μνημονεῦσαι· ὑπερβαίνουσι γὰρ πάντα νοῦν καὶ λόγον καὶ διάνοιαν. ἄξιον δὲ λοιπὸν ἐφεξῆς καὶ τοῦ δυσσεβεστάτου καὶ παναθλίου παιδὸς αὐτοῦ τὰς ἀθεμίτους διεξελθεῖν πράξεις ἀνοσιουργοτέρας καὶ θεομισήτους οὔσας.

mae rege, qui primus obolos sua ipsius effigie signavit, ideoque nummos de suo nomine nuncupavit. idem et officium quoddam constituit, quod quidam ipsius famulorum gerens ab unoquovis eorum qui a palatio stipendium sumebant, accipiebat folles 12 ceu unum ceratium. itaque et ceration dicebatur. faciebat hoc ad ineundum numerum eorum quibus stipendia dabantur: neque enim eo tempore census Romae agebatur. vixit is Numa eo tempore quo primum Israelus captivus abductus fuit, annis a mundo creato 4780.

Leo Isaurus, qui et Conon, imperium gessit annos 24, menses 2, dies 25. mortuus est ex intestinorum morbo, anima cum corpore pereunte. infelix eius cadaver reconditum est in fano apostolorum. subterfugit animus commemorare quae et quales adversae res Christianis evenerint imperio impiissimi atque inhumanissimi huius Leonis, quantum et rectae fidei offecerit, et foedi lucri studio atque avaritia excogitatis contra totum orbem et Christianos fraudibus rei publicae administrationem detriverit, tum quid terrae motuum famis pestilentiae rebellionum ac cladium contigerit. nam neque satis cogitari ista nec explicari possunt. par esse videtur ut porro impiissimi ac miserrimi eius filii nefaria acta, sceleratiora illa et deo invisa, recenseam.

LIPSIAE,
EX OFFICINA B. G. TEUBNERI.